sta iudicia iudicare: ⁊ pacē inter hoīes mittere ⁊ in bonis studere et substantie significat abūdantiā: ⁊ ex negocijs illa q̄ fiūt absqꝫ seductione ⁊ significat aīaꝫ ⁊ vitā letitiā ⁊ veritatē ⁊ religionē ⁊ patientiā ⁊ omne ꝓceptū pulchꝛū ⁊ ꝓciosuꝫ ⁊ abūdantiā veneris: et ex infirmitatibꝰ q̄ fiūt ex sanguine ꝑ augmētū quātitatis q̄n nō fuerit supflua extra naturā: nec ex sanguine vsto et ↄuertibili: ⁊ est planeta sapiētie et itellectus et visus. Cui si cōplectiť saturnus significat nigromantiā ⁊ icātationes et exoꝛcismos ⁊c̄. Et si cōplectitur ei Mars significat scientiā medicine. Et si cōplectiť ei sol significat sciētiā sectarū et prudentiā in ↄtētionibus et disputatiōibus. Et si cōplectiť ei Uenus significat cōpositiōeꝫ sonoꝝ et aliaꝝ scientiaꝝ delectabiliū. Et si cōplectiť ei Mercurius significat scientiam arithmetice et scribēdi: astronomiā quoqꝫ et pħiam et geometriā. Et si cōplectiť ei luna significat sciam dispositiōis aquaꝝ et mēsure eaꝝ necnō terraꝝ: et ex qualitate animi significat largitatē et verecūdiā atqꝫ iusticiā et ex sectis pluralitatē atqꝫ simulationem. Quidā aūt dixerūt ꝙ significat epar et stomachū et aurē sinistrā et bꝛachia atqꝫ vētreꝫ: inferioꝛa quoqꝫ pectinis et itestina et ex coloꝛibꝰ coloꝛē cineritiū et viridē et hoꝝ siles: et ex sapoꝛibus hꝫ dulcē: et quātitas oꝛbis eius est gradnū. 9. et ex diebus hꝫ diē Iouis: et ex noctibꝰ noctē diei lune: et anni fridarie eius .i. dn̄ationis eius sūt. 12. et anni maximi sūt. 428. maioꝛes. 79. medij. 45. et dimidiū. minoꝛes vero. 12. et foꝛtitudo eius ex plagis circuli est in occidēte. Et dixit messeala ꝙ ex signis in hoībus significat hoīem album habentē ruboꝛē in facie: habentē oculos nō pꝛoꝛsus nigros: nares nō equales et breues caluū: in aliquo dentiū habentē nigredinē: pulchꝛe stature boni animi bonis moꝛibus: pulchꝛi coꝛpoꝛis. Et dixit Doꝛothius ꝙ significat hoīem hn̄teꝫ magnos oculos: et pupillā latā barbā crispā et hꝫ ex regionibus alchirath et babyloniā et asen et ꝑsidem: et alaoꝛmes et archadiā. ⁊ ex partibus hꝫ partē habitudinis ꝓfectus et significat fidem ⁊ appetitum in bonis: et ex operibus salubꝛitatem securitatem et participationem.

Mars masculinus est nocturnus et malus operať caloꝛē et siccitatē et est significatoꝛ fratrū et peregrinationū: et habet ex etatibus iuuentutē vsqꝫ in finē iuuētutis: et natura eius in cōplexiōe coꝛpoꝝ est colerica amari sapoꝛis: et ex magisterijs hꝫ oē magisteriū igneū et qδ fit ꝑ ferrū et ignē: sicut est ꝑcussio gladioꝝ cū martellis. Cūqꝫ ei cōplectiť Saturnus significat ꝑcussionem ferri. Si Iupiter significat ꝑcussionem eris Si Sol significat ꝑcussionem nūmoꝝ aureoꝛum. Si Uenus significat magisterium oꝛnamentoꝝ. Si mercuriꝰ ꝑcussionē acuū. Si luna significat ꝑcussionē lāciū et libꝛoꝝ: sig̃at ēt cū solus suscipit significationē: opus medicine. Si nullus planeta ei cōplectiť significat minutionē: et vulnerationē et aptionē et hoꝝ siĺia. Et si cōplectiť ei Saturnus sig̃at opus medicine i vulneribꝰ et vulneꝝ. Et si iupiter sig̃t opus naturaꝝ cū ituitu oculoꝝ. Et si sol sig̃at opus splenis curā oculoꝝ. Si venus significat opus oꝛnamēti: vt tōsurā criniū et barbaꝝ et abscisionē vngularū: et si mercuriꝰ sig̃t abscisionē venaꝝ. Si luna sig̃at eradicationē dētiū et purgatiōeꝫ auriū. Et ꝑ se sig̃at iniurias miꝛoꝝ et effusionē sanguinis et oppꝛessiōes ꝑ viꝫ et abscissiones viaꝝ et iracūdiā et ducatū exercitꝰ et festinatiōeꝫ et iuerecūdiā lenitatē et inuidiā et peregrinationē extra patriā: et feditatē coitus: et casus pueroꝝ idest aboꝛtiuoꝝ: et fratres medios atqꝫ soꝛoꝛes: scientiā ac discretionē cure bestiaꝝ. Et ex ifirmitatibus febꝛes calidas et sanguineas et frenesim et pustulas sanguineas alabꝛaha q̄ est rubedo coꝛpoꝛis cū asperitate et feditate et cōmestiōe carniū cū putredine: et dimidij capitis doloꝛē: et ignē sacrū et pauoꝛē et cogitatiōes hoꝛribiles q̄ inquietāt hoīes ⁊ cōmouēt et ipediūt atqꝫ inanes reddūt: et qcq̄d fuerit cū inflāmatiōe caloꝛis. Et ex qualitate animi cōmotionē .s. animi et ↄturbationē. Si aspexerit eū Satur

nus sigat odiũ ꝛ maximã iuidiã: ꝛ ex sectis eã in qua bellũ fuerit ꝛ vnitatẽ ꝛ celeritatez mutatiõis a fide: ꝛ multitudinẽ hesitatiõis ꝛ mutationẽ de testamẽto in testamẽtũ: erũt tñ hec oia sub vnitate. Dixerũt qdã ꝙ hꝫ ex mẽbris fel renes ꝛ venas ꝛ decursuꝫ sperma-tis ꝛ dorsuꝫ: ꝛ hꝫ ex coloribꝰ rubedinẽ: ꝛ ex saporibus amarꝫ: ꝛ quãtitas orbis eius est 8 grad. ꝛ ex diebꝰ hꝫ diẽ martis: ꝛ ex noctibꝰ noctẽ sabbati: ꝛ anni fridarie eius sũt septẽ: ꝛ anni eiꝰ maximi sũt 264 maiores sũt 66 medij aũt 40 ꝛ dimidiũ: ꝛ minores 15 ꝛ for-titudo eiꝰ in plagis circuli est in meridie. Et dixit mesceala ꝙ sigt de imaginibus hoiũ hoiem rubeũ hñteꝫ capillos ruffos ꝛ faciẽ rotũdaꝫ leuiter hoies dehonestatẽ hñtẽ ocu-los croceos horribilis aspectus audacẽ et velocẽ hñtez in pede signũ vel maculã. Et di-xit Dorothiꝰ ꝙ sigt hñtẽ acutũ aspectũ: et ex partibꝰ partẽ audacie et sigt pseuerãtiã calli ditatẽ et supbiã et leuitatẽ et mobilitatẽ et audaciã ꝛ negociatiõeꝫ acuitatẽ ꝛ festinatio-nẽ i oibꝰ rebꝰ: et hꝫ ex partibꝰ mũdi Asce et t̃ras romanoꝝ vsqꝫ i occidẽtẽ: ꝛ t̃ras tuscoꝝ.

Sol p aspectũ fortunatus est: ꝛ malus p ꝯiũctionẽ in vno signo. ꝛ est masculus diur-nus opaꝛ caliditatẽ et siccitatẽ: et est significator patrũ si fuerit natiuitas in die sigt regnũ maximũ et aiaꝫ vitalẽ et lumen et splẽdorẽ et itellectũ et pulchritudinẽ et mũdi-ciã atqꝫ fidẽ. Et ex etate finẽ iuuẽtutis. Et participaꝛ vniuersis planetis in dispositione annoꝝ. Et ex magisterijs regimen et pncipatũ: et sigt iaculationẽ iaculoꝝ et venationem purgationẽ cũ oi specie purgãdi qua corpa iterius et exterius purganꝛ. Et ex infirmita-tibus sigat ifirmitates calidas ꝛ siccas in corpibus apparẽtes. Et ex substãtia aurũ pluri mũ et vniuersas species substãtie. Et ex qualitate ipsius animi sublimitatẽ prudentiã et q̃ sequunꝛ honestatẽ. s. largitatẽ et gloriã: et plixitatẽ mẽtis. Et ex sectis culturã bonã ꝛ eis filia. Et sigat iperiũ vocis et fortitudinẽ et celeritates. Si cõplectiꝛ ei Saturnus sigat villicationẽ et hmõi pncipatũ. Si Jupiter sigat in fide pncipatũ et religionẽ et ẽt iudicẽ inter hoies iudicantẽ opa oppressoꝝ vel iniuriaꝝ ꝛc. Si Mars signat ducatũ exercitus et iuestigationẽ belloꝝ. Si Venus sigat regnũ p mulieres et p obseqũ potẽtũ. Si Mer-curiꝰ signat ꝯsultores regũ et opus libroꝝ et hereditatũ et maioꝝ opeꝝ. Si Luna signat opus legatoꝝ et detectionẽ ꝯsilioꝝ et hmõi similia. Et dixerũt qdã ꝙ Sol sigat imaginẽ vultus hois. et pprie ex viris oculũ dextrũ: et ex mulieribus oculũ sinistruꝫ: et dixerunt qdam ꝙ habet cor et medullã et femora. Et ex infirmitatibus comestionẽ carniũ in ore: et detrimentũ oris pprie et descẽsionẽ aque in oculũ: potestas eius est in capite. Et dixe-rũt indi ꝙ cũ fuerit in ascẽdente erit cõburẽs et habebit signũ in facie. Et hꝫ ex coloribꝰ qcqd videꝛ peregrino colore: et ex saporibus acrẽ. Et quãtitas orbis eius est 15 grad. Et ex diebus diẽ hꝫ dñicam: et ex noctibus noctẽ Jouis Anni fridarie eius sũt decẽ. Et anni eius maiores sunt 120 maximi sunt 1460 medij 39 et dimidium vel secundum quosdam 69 et dimidium: minores vero 19. Fortitudo eius ex plagis circuli est in oriente. Et dixit in mesceala ꝙ significat de figuris hominum cum qui habet colo-rem inter croceum et nigrum: idest fuscum tectum cum rubore breuis stature crispum caluum pulchri corporis: et habet ex saporibus acutũ. Et dixit Dorothius ꝙ figura solis et lune est figura planetaꝝ q fuerint cũ eis: et eius q̃ dignior fuerit in loco eoꝝ. Si ergo velis scire figurã solis scito ꝙ sit crocea hñs partẽ ruboris capilloꝝ oculi eius aliquãtu-lum crocei. Et ex partibus hꝫ partẽ futuroꝝ. i. partẽ diuinationis ꝛ est significator natu-rarũ et spũs sapiẽtie eleuationis et pfectionis fidei quoqꝫ scientiaꝝ et laudũ. Et ex par-tibus mũdi habet ꝫamarach et cura et ferit et eius terminos et terras romanorum.

Venus est fortuna feminina nocturna et est significatrix mulierũ et vxoꝝ ac matrũ si fuerit natiuitas diurna et operaꝛ frigus et humiditatẽ temperatã: et ex etate ha-

bet iuuentutē vel adolescentiaꝫ:et ex magisterijs instrumenta ludoꝝ ornamenta quoqꝫ ⁊ figuras pulchras ⁊ ludos alearū ⁊ scbacoꝝ ⁊ saltationes ⁊ ocia ⁊ fornicatiōes ac for/nificatores ⁊ filios fornicationis ⁊ multitudinē coitus:⁊ vniuersa genera luxurie ⁊ compositiones coronaꝝ ⁊ vsus earū:⁊ pulchritudinē ac mundiciā vestimēta etiā ⁊ ornamē/ta.Aurū ⁊ argentū ⁊ dilectionē ludos risus ⁊ gaudiū ⁊ vnguētis diuersisqꝫ speciebus vti potationes ⁊ ebrietates:seqꝫ credit oībus:largitatē quoqꝫ sigt:⁊ dilectionē diligen/tiā ⁊ amorē iusticiā ⁊ domos orationis/retinet quoqꝫ fidē:⁊ sigt magisteriū oium sonorū veluti musicam ⁊c̄. ꝙ si cōplectit̄ ei Saturnus significat sonū cantationū qbus de/flent̄ aliqñ mortui:vel quas cantāt edificatores qñ edificant edificia.Et si cōplectitur ei Jupiter sigt sonum lectionū vel cantationū quibus vtunt̄ dñi sectaꝝ in altaribus ⁊ lo/cis orationis eoꝝ in laudē dei oipotentis.Et si Mars significat sonos qbus vtunt̄ se/culares ⁊ cātus vulgi in qbus fit mentio blasphemie vel prelioꝝ: vel in quo fit mentio carceris vel laboris ⁊ boꝝ filīa:vt cantus in quo fit mentio captionis ⁊ alligationis ⁊ ꝑcussionis flagelloꝝ.Si Sol significat sonū ligni quo cantat̄ corā regibus ⁊ nobilibus. Si Mercurius sonū q exercet̄ in cōpositione versuū.Et si Luna significat cātus nau/tarū in nauibus.Et ex infirmitatibus morbos bꝫ frigidos ⁊ humidos q accidunt ꝓprie ⁊ multotiens in mēbris genitalibus.Et ex substātia sigat eā que acqrit̄ ꝓpter pulchri/tudinē:vt sunt ornamēta mulierū:⁊ vestimēta eaꝝ margaritas atqꝫ picturas.Et ex qualitate animi suauitatē ⁊ amicitiā ⁊ cōmestionē ⁊ bis filīa:⁊ cupiditates potiōis ⁊ cōmestionis ac coitus.Et ex sectis culturā idoloꝝ:⁊ eos in qbus maxime exercent̄ comestio/nes atqꝫ potationes.Et dixerūt qdaꝫ ꝙ significat anchas ⁊ spinā dorsi ⁊ sperma. Et alij dixerūt ꝙ bꝫ significare pinguedinē ⁊ carnes ⁊ renes ⁊ vuluā matricē ventrē pectineꝫ ⁊ vmbilicū.Et habet ex coloribus albedinē:⁊ ex saporibus vnctuosum. Et quātitas or/bis eius est 7 graduū.Et habet ex diebus diē Veneris:⁊ ex noctibus noctē martis. Et anni fridarie eius sūt octo.Et anni eius maiores 82 maximi 151 ⁊ medij 45 minores vero sunt 8. Fortitudo eius in plagis circuli est in dextra orientis.Et dixit Mescea/la ꝙ significat de figuris hoium hoiem albū trahentē ad nigredinē pulchri corporis et capilloꝝ:faciem hñtem rotūdaꝫ:⁊ paruā hñteꝫ maxillā pulchros oculos:⁊ eius nigredo oculoꝝ est plusqꝫ oportet.Et dixit Dorothius significat hoiem pulchrā faciē hñtem pul/chros oculos ⁊ multos capillos ⁊ plus albū confectū rubore crassum ostendentem be/niuolentiam.Et habet ex partibus partem desiderij ⁊ signifiat amicitiam ⁊ ludum et dilectionem ⁊ patientiam ⁊ coniunctiones masculorum.Et habet ex partibus mundi al biget ⁊ aliemen ⁊ terras arabum.

Mercurius est cōmixtus masculinus diurnus inclinat̄ per naturā suā ad euꝫ cui complectit̄ ex planetis ⁊ ex signis:⁊ ē significator fratrū minoꝝ:⁊ significat ser/uos ⁊ dilectionē cōcubinarū significat ēt deitatē ⁊ oracula ꝓphetarum ⁊ credulitateꝫ ⁊ opus ⁊ honorem vel orōneꝫ.Qui si in natura sua fuerit ⁊ nullus planeta ei cōplectit̄ si/gnificat res terreas ⁊ reꝝ augmentationē crescendo:⁊ ex etate iuuentutē:et ꝑfectum in ea:⁊ ex operibus opa que generāt cogitationē predicationē et rhetoricam et negociationes ⁊ extimationē et geometriā:⁊ dispositionē rei ⁊ philosophiā et auguria ⁊ ꝓuer/bia et scripturā:et versificādi scientiā et opus numeri maxime.Cui si complectitur Saturnus significat ex opere numeri opus mensure terrarū ⁊ hereditatū ⁊ numerū edifi/ciorum atqꝫ telaꝝ.Si Jupiter significat numerū psallendi et numerū libroꝝ diuinoruꝫ. Si Mars significat numerū qui fit in donatiuis exercituū et pugnantiū et numerum percussionum flagelloꝝ atqꝫ clauoꝝ.Si Sol significat preesse numero regum et substā/

tiſe domorum. Si Venus ſignat numerum chordarum lignorum ſeu cytbararuȝ nume-
rum ſonorum atq; fiſtularum. Si Luna ſignat numerum ferculorum que fiunt ad cō-
meſtiones itinerantium extra domum. Et ſignificat de infirmitatibus infirmitates
ſpirituales anime ideſt cogitationes horribiles: ⁊ inquietudinem mentis atq; dubita-
tiones ⁊ cetera ſimilia. Significat etiam animi qualitatem ⁊ ſimilia ſm complexionem
ſuam ⁊ cōiunctionem cum alijs quia cum fuerit fortunatus erūt bonitates ſecundum
genus fortune que facit eum fortunatum: ⁊ ſecundum locum in quo fuerit fortunatus: ⁊
cū fuerit malus erūt iniqtates ſm malū: q eū facit malū ⁊ ſm locū in quo factus eſt ma
lus. Et ſignificat ex ſectis culturam vnitatis ⁊ horum ſimilia: ⁊ hoc ſecreto cum hypocri
ſia ⁊ ſimulatione. Et dixerunt quidam quod ſignificat femora vmbilicum et pectinem
⁊ crura neruos atq; venas ⁊ ex coloribus habet omnem colorem commixtum atq; va-
riatum: ⁊ alem menium quē eſt color floris lilij agreſtis: et ex saporibus acetoſum. Et
quantitas orbis eius eſt. 7. graduum: ⁊ habet ex diebus diem mercurij: et ex noctibus
noctem diei dominice. Anni fridarie eius ſunt. 13. ⁊ anni eius maiores. 76. maximi.
460. medij. 48. minores vero. 20 fortitudo eius in plagis circuli eſt in ſeptentrione. Et
dixerunt quidam quod mercurius a medio retrogradationis eius vſq; ad ſtationem
ſecundam ſignificat pueritiam: ⁊ a ſtatione ſecunda vſq; ad coniunctionem ſolis iuuen
tutem: ⁊ a coniunctione ſolis vſq; ad ſtationem primam mediam etatē: ⁊ a ſtatiōe ſua
prima vſq; ad medium retrogradationis ſignificat ſenectutem ⁊ contrarietatem: et
in coniuntione ſua per directionem vſq; ad ſtationem primam ſignificat dilectionem
⁊ amicitiam ⁊ amoris imitationem: ⁊ ex ſtatione ſua ſecunda ad coniunctionem iens ſi
gnificat inquiſitionem dilectionis ⁊ concordiam: ⁊ a ſtatione ſua prima iens iterum ad
retrogradationem ſignificat inquiſitionem contrarietatis et diſſimilationis tardi-
tatem ⁊ verecundiā paruam ⁊ occupationē ⁊ ſtuporem in rebus: ⁊ in medio retrogra-
dationis ſignificat celeritatē temperatam ꝓpter ingenij debilitatem. ⁊ apud ſtationē ſe-
cundā ſignificat ſtuporē ⁊ occupationē ingenij ⁊ tarditatē ⁊ egreſſus ab hac celeritatē ⁊
apertionē ingeniorū: ⁊ ex cōiunctione ſua ſoli per directionē ſignificat celeritatē ⁊ expā-
ſionem ingeniorū ⁊ latitudinē vel augmentationē eorum. Similiter Veneri accidit in
his locis ⁊ planetis altioribus. Et dixit meſceala mercurius ſignificat ex figuris hominē
non multum album neq; nigrum habentē colorē: frontem habentē eleuatam ⁊ longaȝ:
in facie longitudinē ⁊ naſuȝ lungū: rarā habētē barbā in maxillis ⁊ oculos pulchros nō
ex toto nigros: longos quoq; habentē digitos. Et ex partibus habet parteȝ negociatio-
nis: ⁊ ſignificat timorem ⁊ infeſtationē ⁊ bellū ⁊ inimicitias ⁊ ſeductiones ⁊ cōtrarieta
tes: ſignificat quoq; ꝑfectum magiſterium ⁊ ſubtilitatem in opere ⁊ inquiſitione: ⁊ in ce
teris que fiunt in hominibus ex dictis ⁊ contentionibus. Et ex terris habet adelech
alcuidem ⁊ maxime in meridie: ⁊ terras indorum.

Luna fortuna feminina nocturna operaē frigiditatem ⁊ humiditatem: ⁊ eſt ſignifi
catrix matrū: ſi fuerit natiuitas nocturna ⁊ eſt in ea flegma temperatum ⁊ ſignifi-
cat etatem puerilē ⁊ initium creſcendi. ¶ Et ex operibus habet legationes ⁊ mandata:
⁊ opera aquarum atq; terrarum ſm quantitatē fortunij eius vel infortunij vel mali q ſi
fuerit bona ſignificat bonum ⁊ econuerſo. Significat etiam principatum ſi prefuerit vel
fuerit domina aliquibus rebus ad regem pertinentibus ſi fuerit fortunata a ſole in bo
no aſpectu ⁊ in bono loco. ¶ Et de ſubſtantia ſignificat argentum ⁊ terre cultum ſi ha
buerit auctoritatem in quarta ⁊ ex fide religionem. Et ex infirmitatibus epilenſiam pa
raliſim guttam callidam ⁊ vultus torſionem enodationem membrorum ⁊ commotio-

nem: ⁊ quicquid fuerit in similitudine frigoris ⁊ humiditatis. Et qualitatem animi fm coniunctionem suam cum planetis. ¶ Cui si complectitur fortuna: ⁊ fuerit fortuna ipsa Venus significat curialitatem ⁊ benignitatem: ⁊ animi suauitatem: ⁊ morum bonestatem: ⁊ motus celeritatem: ⁊ diuinum obsequium. Si fuerit Jupiter significat bonestatem cautelam ⁊ societatem ⁊ benignitatem ⁊ vite pulchritudinem. Et si complexa fuerit malis ⁊ fuerit mars significat studium susurrationis inter homines ⁊ vsum in talibus. Si Saturnus odium simulationem ac inuidiam. Si fuerit sol ab aspectu laudabili significat dispositionem regalem. Et si fuerit Mercurius significat rhetoricam id est facundiam ⁊ bonitatem lingue ⁊ scripturam. Et dixerunt quidam ꝙ significat cogitationem ⁊ nouitatem animi ⁊ debilitatem sensus et grauitatem lingue: et mulieres bonestas: ⁊ nutritiones paruulorum: ⁊ matres ⁊ materteras. ⁊ preparationes ciborum. Et dixerunt alij ꝙ significat cerebrum proprie ⁊ pulmonem. ¶ Et ex coloribus habet croceum: et ex saporibus salsum. Et quantitas orbis eius est. 12. graduū. ¶ Et significat ex viris oculum sinistrum: ⁊ ex mulieribus dextrum. Et ex diebus habet diem lune: et ex noctibus noctem veneris. Anni fridarie eius sunt nouem. maiores autem. 108. maximi. 520. ⁊ medij. 66. et dimidium: et fm quosdam. 39. ⁊ dimidium: et minores vero. 25. Et fortitudo eius ex plagis circuli est in dextra occidentis. Et dixit Mesceala ꝙ significat de figuris hominum hominem album confectum rubore iunctis supercilijs: beniuolum habentem oculos non ex toto nigros: faciem rotundam pulchram staturam: et in facie eius signum. Et ex terris habet arcoch ⁊ timanam ⁊ aldeilam. Et quidā dixerūt ꝙ significat pueritiaꝫ ab initio mensis vsqꝫ ad. 7. dies: et a. 7. diebus vsqꝫ ad. 14. dies iuuentutem: ⁊ significat etatem perfectionis. idest medie etatis vsqꝫ ad. 21. dies et noctes: ⁊ senectutem vsqꝫ ad coniunctionem: idest vsqꝫ in finem mensis quando coniungitur soli. Et cum fuerit sub radijs Solis significat secreta ⁊ res occultas: ⁊ similiter omnis planeta: ⁊ in initio mensis quando crescit significat omne quod faciendum est: et in impletione sua quod destruendum est: quia decrescit: et in initio mensis ipsa et Sol significat accusatores: et in fine mensis accusatos: ⁊ significat in initio mensis lucrum et continentiam: in fine mensis stipendia et dispersiones. et significat in oppositione contrarietatem. et in initio mutationis ad oppositionem idest cum fuerint inter eam ⁊ oppositionem. 15. gradus significat initium contrarietatis ⁊ eius causam: ⁊ cum separata fuerit ab oppositione significat causas exceptionis a contrarietate: et in exitu suo de subradijs Solis significat exitum ab occultatione et his similia: ⁊ in introitu sub radijs significat aptationem ad occultandum: et hora diuisionis a Sole significat aparitionem exitus sui ab occultatione: et hora exitus sui de subradijs significat apparitionem ⁊ aduentum ab absentia: ⁊ dum fuerit in quarto aspectu Solis significat diminutionem rei seu descensionem ab alto in infimum. Similiter in quarto aspectu secundo sed in quarto aspectu primo significat apparitionem rerum ⁊ lucrum ⁊ augmentum continentie: ⁊ in quarto aspectu Solis secundo significat horum opposita. Et dixerunt quidam quod Luna a coniunctione quidem vsqꝫ ad dimidium luminis sui primum erit natura eius humida ⁊ a medietate luminis sui vsqꝫ ad impletionem erit natura eius calor: ⁊ ab impletione vsqꝫ ad dimidium sui luminis secundum erit natura eius siccitas: ⁊ a dimidio luminis sui secundi vsqꝫ ad coniunctionem erit natura eius frigus. Reliqui vero planete ab ortu suo vsqꝫ ad stationem suam primam in natura humiditatis erunt ⁊ significant pueritiam: ⁊ a statione sua prima vsqꝫ ad oppositionem solis erit natura eorum calor: et significat iuuentutem: et ab hoc loco vsqꝫ

ad stationem secundam erit natura eorũ siccitas: ꝛ significat perfectã etatem: ꝛ a statiõe sua secunda vsq͡ʒ ad occultationẽ suam primã erit natura eorũ frigus: ꝛ significat senectutẽ frigidã. Et dixerũt quidã ꝙ sol significat spiritũ. i. animam vitalẽ. Luna cogitationẽ ꝛ sensum. Saturnus merorẽ ꝛ tristitiã vilitatem ꝛ malum. Jupiter sapientiã ꝛ rationẽ. Mars iram furiã ꝛ celeritateʒ. Uenus ludũ ꝛ gaudiũ. Mercurius rationalitatem seu dialeticã disciplinã. Et qꝛ diximus i hoc capitulo de significatiõe planetarũ dũ cõplectunt alteri planete. Similiter etiã est cõsiderandũ i ceteris rebus q̃s significãt planete.

De ordine vero planetarũ seu principatu eorũ in cõceptiõe puerorũ: ꝛ q̃diu fuerint in ventre matris. Sciendũ est ꝙ primus mensis ab hora. s. cõceptiõis est Saturni. Secũdus Jouis. Tertius Martis. Quartus Solis. Quintus Ueneris. Sextus Mercurij. Septimus Lune. Octauus Saturni: ꝛ ideo nõ viuit qui nascitur in octauo mense eo ꝙ sub potestate Saturni nascitur: ꝛ nonus Jouis. Principatus quoq͡ʒ siue ordinatio planetarũ in vita humana. i. q̃liter disponãt vitã nati ita diuidit. Luna incipit ab egressu nati idest a natiuitate pueri: ꝛ disponit ſm quantitatẽ annorũ nutritiuorũ q sũt quatuor anni. Deinde Mercurius post decem. deinde Uenus octo. postea Sol. 19. postea Mars q̃ndecim. postea Jupiter duodeci. deĩde Saturnus. 30. ãnis vel vsq͡ʒ i finẽ vite.

De natura capitis draconis ꝛ caude.

Caput draconis est masculinus. Similiter etiaʒ est fortuna ꝛ natura eius est composita ex natura Jouis ꝛ Ueneris: ꝛ hoc significat regnum ꝛ fortunam atq͡ʒ substantiam. Et dixerunt quidam ꝙ natura eius est augmentatio: quia cum fuerit cum fortuna auget fortunam eorum: ꝛ cum fuerit cum malis auget malitiam eorum: ꝛ anni fridarie eius sunt tres. Cauda vero draconis est mala: ꝛ natura eius est composita ex natura Saturni ꝛ Martis: ꝛ Significat defectionem ꝛ casum atq͡ʒ paupertatem. Et dixerunt quidam ꝙ natura eius significat diminutionem que cum fuerit cum fortunis diminuit fortunam eorũ: ꝛ cum fuerit cum malis diminuit malitiam eorum: ideoq͡ʒ dictum est. caput est fortuna cum est cum fortunis: ꝛ malum cum malis: ꝛ cauda mala cũ bonis ꝛ bona cum malis: ꝛ anni eius fridarie eius sunt duo.

De horis diei ꝛ noctis quorum sunt planetarum.

Si fuerit aliqua dies vel nox alicuius planetarum erit prima hora ipsius planete ꝛ secũda hora alterius planete qui ei succedit: ceterorũq͡ʒ ſm ordinem circulorũ pari ratione est successio verbi gratia. dies veneris est tota veneris ꝛ prima hora est ipsius veneris secunda mercurij. tertia lune. quarta saturni. quinta Jouis. sexta martis. septima solis. octaua iterum veneris. nona mercurij. decima lune. vndecima Saturni. duodecima Jouis. ecce habes. 12. horas diei inequales. Item de horis noctis. Prima hora sequentis noctis est martis cuius est ꝛ tota nox. Secũda Solis. Tertia Ueneris. Quarta Mercurij. quinta Lune. sexta saturni. Septima Jouis. octaua iterum martis. nona solis. decima veneris. vndecima mercurij. duodecima lune. ꝛ sic habes etiam. 12. horas noctis inequales. Et incipit dies sabbati postea cuius prima hora est saturni: ꝛ ipsius est tota dies sic per ordinem numerando inuenies horas dierum ꝛ noctium ꝛ diuisiones earum super planetas singulos si deus voluerit.

De horis masculinis ꝛ femininis.

Dicuntur etiaʒ hore esse masculine ꝛ feminine: quia hora prima. vniuscuiusq͡ʒ diei ꝛ noctis est masculina. secunda feminina. tertia masculina. quarta feminina. sicq͡ʒ succedunt per ordinem. vna. s. feminina. alia masculina. vsq͡ʒ in finẽ diei ꝛ noctis. ꝛ semper impares sunt masculine.

¶ Differentia tertia in his que accidunt planetis ſeptē in ſe/metipſis ⁊ quid accidat eis ab inuicem.

Et quia annuente deo iam peregimus eſſe planetarum in ſemetipſis: ⁊ quid ſignificent in natura a figuris hominum proſequamur nunc narrando quid eis accidat in ſemetipſis ⁊ ab inuicem id eſt a quibuſdam ergo quoſdam.

Significatio planetarū in ſemetipſis eſt vt ſit planeta aſcendēs in circulo augis ſue minor lumine ⁊ magnitudine atqꝫ curſu ideſt cum fuerit inter ipſum ⁊ ſuā augem minus. 90. gradibus ante vel retro ⁊ tūc erit fortior ſi autez fuerint inter ipſum ⁊ augē. 90. gradus equales erit equalis in lumine ⁊ magnitudine atqꝫ curſu ⁊ dicit fortis ſi vero fuerit extra hec duo loca. i. plus. 90. erit deſcendēs de circulo augis ⁊ apparebit maior lumine ⁊ magnitudine ac curſu velocior: ⁊ ſi fuerit portio eius equata minus. 180. gra. erit augēs numerū. ⁊ ſi fuerit plus erit minuēs numerū: ⁊ ſi fuerit portio eius equata ex. 180. gra. vel. 360. erit nec augens nec minuens: ⁊ ſi addat equatio equata ſuper mediū curſum dicit augens curſum vel numerū: ⁊ ſi minuitur eius equatio dicitur minuens numerū. Et quando aliqs planetarū altiorū triū vadit plus medio curſu ſuo dicitur augere curſum: ⁊ ſi minus vadit dicit minuere curſuz: ⁊ ſi vadit tantū dicitur curſu equalis. ⁊ quando aliquis planetarū inferiorū vadit plus medio curſu ſolis erit augens curſum. quando vadit minus dicitur minuens curſum: ⁊ quādo vadit tantū erit curſu equalis. Luminariū autem eſſe in curſu eſt ſicut eſſe triū altiorū planetaruz. Fit quoqꝫ planeta ſeptētrionalis cū tranſierit genzabar ſuuz. i. cū tranſierit. per viam Solis iens a meridie in ſeptentrionem ille trāſitus. i. illa abſciſio circulorū dicit genzabar. cum ergo planeta trāſierit ipſam abſciſionē ⁊ fuerit inter planetaz ⁊ ipſam abſciſionē minus. 90. gra. erit planeta ſeptētrionalis aſcendēs: ⁊ cum fuerit a. 90. vſqꝫ ad. 180. erit ſeptētrionalis deſcendēs: ⁊ cū tranſierit hunc numerū ideſt cum habuerit plus iens ad. 270. erit meridianus deſcendēs: ⁊ cū tranſierit hunc numeruz iens ad. 360. erit meridianus aſcēdens. hoc eſt eſſe planetarum in ſemetipſis.

De eſſe aūt planetarū ad inuicē tractemus. ſ. qd accidat. 5. planetis erga luminaria: ⁊ dicamus ex hoc qđ dixit Ptolemeus de almugea hoc eſt de viſione inuicem faciei ad faciē. hoc eſt cum fuerit inter planetā ⁊ ſolem: dum fuerit planeta a ſole occidētalis. i. dū ſequit ſolem tm̄ quantū eſt inter domū illius planete ⁊ domū ſolis de ſignis: aut cū fuerit inter ipſum planetā ⁊ lunā cum fuerit orientalis a luna. i. dum ſuccedit luna tantū quantū eſt inter domū planete ⁊ domū lune ex ſignis. i. cū fuerit planeta tm̄ diſtans a ſole poſt quantū diſtat domus eius a domo ſolis: ſimiliter de luna dicit: qr cum planeta ſucceſſerit ſoli ⁊ fuerit a ſole ſaturnus. ſ. in. 6. ſigno: ⁊ iupiter in. 5. mars in. 4. venus in. 3. mercurius in. 2. tunc dicitur eſſe in almugea ſolis. Similiter cum fuerit inter vnumquēqꝫ planetam ⁊ lunam ſuccedentem hic numerus ſignorum vniuſcuiuſqꝫ planete tunc ille planeta dicitur eſſe in almugea lune.

¶ De ductoria. i. ſecuritate planete.

Ex hoc ductoria planete. i. vt ſit planeta in ſuo haim. i. in parte ſibi ꝓpria ⁊ i aliquo angulorū aſcendētis: ⁊ aliquod luminariū: ſimiliter in loco ſibi cōſimili in quadrāte videlicet in aliquo angulo. ita qꝫ ſit planeta in die orientalis a ſole: in nocte occidentalis a luna ⁊ ois planeta dicit eſſe in ſua ductoria ſm quoſdā cuz fuerit inter planetā oriētalē ⁊ ſolē. 60. gra. Et ois planeta ex quo tegit a radijs ſolis donec appareat de ſubra-

dijs vocatᷣ cõbustus: ⁊ dū incipit intrare radios dicitᷣ incepisse cõburi: ⁊ dum abscõditᷣ sub radijs ⁊ fuerit ꝓpe solem per 12 grad. dicitᷣ oppressus ⁊ cū fuerit cum sole in vno gradu fuerintq́ inter eos 16 minuta: vel ĩfra et latitudo eius similiter 16 minutoꝝ vocatᷣ vnitus: ⁊ cū transierit eãdẽ vnionẽ petẽs exitum donec videatᷣ vocatᷣ euasus. Et ex quo apparẽt tres altiores de subradijs ⁊ incipiũt oriri idest apparere mane ante solē: hoc est cū fuerint ꝓpinquiores circulo hemisperij oriẽtalis donec veniãt ad oppositionẽ vocantᷣ oriẽtales dextri: ⁊ ex quo trãsierint oppositionẽ donec ꝯiũgantᷣ iterū soli vocantᷣ occidẽtales sinistri. Venus vero ⁊ Mercurius ex quo separatᷣ aliq́s eoꝝ a gradu solis in medio retrogradatiõis sue: ⁊ apparẽt eũtes donec comburantᷣ a sole ĩ sua directione vocantᷣ oriẽtales: ⁊ ex quo separantᷣ a sole in medio directionis sue donec iteꝝ cõburantᷣ in retrogradatiõe sua vocantᷣ occidẽtales: et cū fuerit in ortu suo: idest cum fuerint oriẽtales vocantᷣ dextri: ⁊ dicuntᷣ esse masculi. ⁊ in occiduo suo: idest cū fuerit occidẽtales vocantᷣ sinistri feminei: ⁊ tũc sũt fortiores. ¶ Tres vero altiores postq́ exeunt d subradijs solis vocantᷣ oriẽtales ⁊ dicuntᷣ augmẽtari in fortitudine vsq́ ad 30 grad. a sole ⁊ vocantᷣ post hoc vsq́ ad 30 grad. alios oriẽtales fortes vel fortiores: ⁊ cū transierint solẽ 60 grad. vocantᷣ planete oriẽtales eũtes ad debilitatẽ donec veniant ad retrogradatiõez ⁊ tũc noĩantᷣ oriẽtales retrogradi: donec sint et veniãt ĩ oppositiõe: ⁊ post hoc erũt occidẽtales retrogradi cū trãsierint oppositionẽ: donec ꝑueniãt ad directionẽ: deinde a directione vsq́ ad 60 grad. post directionez donec sit lõgitudo eoꝝ a sole 30 grad. dicuntᷣ occidẽtales fortes: deinde a lõgitudine 60 grad. post directionẽ dñr occidẽtales eũtes ad debilitatẽ deinde fiũt occidẽtales debiles donec intrẽt sub radijs solis. ¶ Inferiores quoq́ ex quo separantᷣ a sole: ⁊ ipsi sunt retrogradi vocantᷣ orientales debiles: sicq́ esse nõ desistũt donec veniãt ad directionẽ suam: ⁊ tũc fiunt orientales fortes: donec longitudo eoꝝ sit a sole sicut lõgitudo solis ab eis fuit dū ceperãt debilitari eũtes ad retrogradationẽ: deĩde fiũt oriẽtales debiles donec supponantᷣ radijs solis post hoc sunt ꝯiuncti: deĩde cõbusti euntes ad apparitionẽ donec videantᷣ: et ex quo separantᷣ a sole in directione vsq́ ad 60 gradus sunt fortiores: et a 60 vsq́ ad horam sue retrogradationis erũt occidentales fortes: donec fuerint cum sole et tunc erunt debiles: et planeta cū exierit de subradijs solis: et nulli planete iunctus fuerit dicitur ꝙ sit in lumine suo: et hoc est esse planetarum cum luminaribus.

¶ De his que accidunt planetis ad seinuicem.

Esse autem illoꝝ erga seinuicẽ hec sunt: scilicet cõiunctio: idest cū fuerint duo planete in duobus signis aspiciẽtibus se ⁊ fuerit leuior in signo suo minus gradibus q̃ fuerit põderosior in signo suo: fuerintq́ ĩter eos 6 grad. vel infra: tunc dr̃ ꝙ leuior eat ad ꝯiunctionẽ põderosioris: ⁊ cū gradus eoꝝ fuerint equales ꝑficitᷣ ꝯiunctio eoꝝ: ⁊ cū trãsierit eū erit ab eo separatus ⁊ ꝯiunctio hec dicitᷣ ꝯiunctio lõgitudinis. ¶ Cõiunctio vero latitudinis est: vt duo planete iũgantᷣ per latitudinẽ: Et si fuerit applicatio cõiũctionis oportet: vt sit latitudo eoꝝ equalis in vna parte: ⁊ si fuerit ꝯiũctio ex oppositiõe oportet vt sint latitudines eoꝝ eq̃les: ita vt latitudo vnius sit ascẽdẽs in septẽtriõe: ⁊ alterius descendẽs in septẽtrione vel vnius ascẽdẽs in meridie: ⁊ alterius descẽdẽs ĩ meridie: aut si fuerit applicatio ex aliquo alioꝝ aspectuū: hoc est ꝙ sit latitudo vnius septẽtrionalis ascẽdẽs: ⁊ alterius meridiana descẽdẽs: ⁊ ecõuerso ĩ meridie: ⁊ hec ẽ applicatio latitudinis que dicta est. ¶ Et cū separatᷣ vnus planeta ab alio ⁊ nulli planetarū iungitᷣ quãdiu in eodẽ signo fuerit dicitᷣ cursu vacuus. ¶ Et cū fuerit planeta in aliquo signo: ⁊ aliq́s planeta nõ aspexerit hoc signū alter planeta quãdiu in eodẽ fuerit di

citᷓ feralis vel silvestris. ¶ Et cū separatᷓ planeta levis a planeta pōderosiori ⁊ iunctus fuerit alteri. trāsfert naturā pmi ad sm. Trāsfert etiā planeta naturā alio mō hoc est vt planeta levis iūgatᷓ planete pōderosiori se: ⁊ ipse pōderosior iterꝫ alteri se pōderosiori: tūc medius trāsfert naturā levioris ad pōderosiorē. ¶ Si aūt nō iungitᷓ vnus istorꝫ alteri: sed iungitᷓ vterqꝫ alteri: tūc si aspexerit ille tertius planeta aliquē locorꝫ circuli reddit lumen eorꝫ ad locū ipsiꝫ. ⁊ hoc vocatᷓ redditus luminis. Iterū si vnus planeta nō iūgitᷓ alteri: sed alter planeta tertius in vtrosqꝫ transtulerit lumen: tūc hec ꝯiunctio dicitᷓ etiā redditus luminis. ¶ Sequitᷓ ꝓhibitio ⁊ fit duobus modis. Uno scilicet ex ꝯiūctione hoc est cū fuerint tres planete in vno signo: sed in diversis gradibus: ⁊ fuerit pōderosior plus gradibus: tūc ille qui est medius ꝓhibet priorē illū: scilicet qui est minus gradibus ne iungatᷓ ponderosiori donec ptrāseat eum. Scdo modo vt duo planete sint in vno signo: ⁊ levior iungatᷓ pōderosiori: alter quoqꝫ iungatᷓ eidem pōderosiori per aspectū: ille ergo qui est cū eo in vno signo aspicientē ꝓhibet a ponderosioris ꝯiunctione: si fuerint tñ gradus illius qui iungitᷓ: ⁊ ipsius qui aspicit equales: idest vnius numeri. Si vero ille qui aspicit fuerit ꝓpior gradui ponderosioris erit ꝯiunctio aspicientis. Et si ꝯiungitᷓ planeta dño illius signi in quo fuerit: vel dño exaltationis seu dño ceterarum dignitatū in qbus fuerit: dicitᷓ pulsare idest mittere naturam illius planete dñi: scilicet eiusdem dignitatis ad eum. ¶ Et si fuerit planeta in aliqua dignitatū suarū ⁊ fuerit iūctus alij planete q habeat etiā partē dignitatis in eodē loco mittit ei etiā vtrāqꝫ naturā suā: scilicet et illius cui iungitur: et hec missio cōmuniter vocatᷓ alcobol idest receptio.

Nunc sequitᷓ redditus. i. quādo iungitᷓ planeta alicui planete q cōburitᷓ. i. q fuerit sub radijs solis vel fuerit retrogradus redditqꝫ ei virtutē pp debilitatē suā quaꝫ nō valet retinere: tūc si fuerint vtriqꝫ planete in angulo vel succedētibus angulorꝫ erit redditus cū ꝓficuo. similiter si fuerit q cōiungitᷓ ei tantū in angulo: et ille cui ꝯiungitᷓ receperit eū. Si aūt fuerit planeta q iungitᷓ cadens ab angulo et ille cui ꝯiungitᷓ in angulo vel in sequēti angulorꝫ: aut si vtriqꝫ fuerint cadentes erit redditus cū detrimento.

Inde sequitᷓ almenē. i. refrenatio que fit qñ planeta vult cōiungi alteri: sed anteqꝫ iungatᷓ accidit ei retrogradatio et sic destruitᷓ eius ꝯiūctio. ¶ Hāc sequitᷓ alichorad. i. cōtrarietas accidēs vel iterpositio: et hec fit cū aliqs planeta levis fuerit multorꝫ graduū in signo et alter illo pōderosior minus gradibus. tertius quoqꝫ leviori pmo volēs ꝯiungi pōderosiori: sed anteqꝫ ei ꝯiungatᷓ fit retrogradus ille levior qui habet plures gradus et iungitur et applicatur illi ponderoso: et transiens illuꝫ iungitur etiam alteri planete leviori: et sic destruitᷓ coniunctio illius prioris cum ponderoso.

Sequitur alfazim. i. frustratio. H quoqꝫ fit cū aliquis planeta petit ꝯiunctionem alterius planete. sed anteqꝫ perveniat ad eum mutatur iste in aliud signum et erit aliquis planeta in paucis gradibus aspiciens ipsum signum et erunt radij eius in initio signi. Tuncqꝫ exierit sequens planeta de primo signo iungitur isti aspicienti et annullatur coniunctio quam habebat cum illo scilicet cum primo.

Hinc sequitᷓ abscisio luminis hoc est qñ aliqs planeta petit ꝯiunctioneꝫ alterius et fuerit in secūdo signo a signo illius cui iungitᷓ alter planeta: sed anteqꝫ iungatur ei prius fit ille qui est in secūdo signo retrogradus. coniungiturqꝫ ei et abscindit lumen suum a planeta qui volebat ꝯiungi ei: similiter si fuerit planeta iens ad ꝯiunctionem alterius planete: et ipse alter planeta cui vult iungi petat coniunctionem alterius planete se pōderosioris: sed anteqꝫ ꝑveniat levis ad gradus pōderosioris iungitᷓ ipse ponderosus alteri seipso pōderosiori: et abscindit lumen illius a planeta pmo leviori.

¶ De locis fortunatis ⁊ malis.

SUnt quoqꝫ his planetis loca in quibus ɔfortant̃ et in quibus debilitant̃: et loca in quibus fiũt fortune: et loca in quibus fiũt mali. Sed loca in quibus fiũt fortune sũt h: vt. s. sint in aspectibus bonoꝝ. i. in aliquo aspectu vtili: scilicet sextili: aut in trino aspectu qui a quibusdã ita nominat̃ exagona radiatio quoqꝫ ac trigona: et vt sint mali cadentes ab eis sintqꝫ separati ab ĩfortuna: et iuncti fortune: aut sint obsessi a fortunis vel radijs eoꝝ: idest vt sint iter duas fortunas vel iter radios fortunaꝝ. ¶ Hec est enim obsessio vt habeat planeta fortunã vel radios eius ante se ⁊ aliam fortunam: vel eius radios post se. Et quidã vocant hoc altifert idest veneratio: aut sint vniti cuꝫ sole in vno gradu: aut sint in aspectu eius sextili: siue trino vel ɔsimili aspectu lune et luna tũc sit fortunata: ⁊ vt cursu sint veloces aucti lumine et numero: aut sint ĩ dignitatibus suis vel in suo haim: idest in sua similitudine vt sit videlicet planeta masculinus in signo masculino: et femininus in signo feminino et diurnus in die sup terram et in nocte sub terra et nocturnus in nocte sup terrã: et in die sub terra et reliqua et vt sint ĩ signis ĩ quibus habuerint dignitates seu potestates suas: vel in gaudijs suis vel in gradibus lucidis recepti: et ex fortitudine eoꝝ est vt sint ascẽdẽtes in septẽtrione: aut sint septẽtrionales: vel sint ascẽdentes in circulo augis sue: aut in statione secũda. hoc est qñ fuerint in statione vbi dirigant̃ a retrogradatiõe: aut sint exeũtes de subradijs solis: aut sint in angulo: vel in seqũti eius: aut sint tres altiores oriẽtales a sole: ꝙ si eũ aspexerint sextili: aut trino aspectu: erit illis hoc augmentũ fortitudinis: aut fuerint in quartis masculinis ⁊ sol cuꝫ fuerit in illis quartis masculinis: aut in signis masculinis erit fortis etiã nisi sit in libra: qꝛ ibi cadit. Et ex fortitudine trium inferioꝝ est vt sint occidẽtales a sole: aut in quartis femininis. ⁊ ex fortitudine lune est vt sit in nocte super terram et in die sub terra in loco feminino: vel in signo feminino: et cum fuerit in exaltatione solis.

¶ De infortunio planetarum.

EX infortunio vero planetarũ et destructione eoꝝ est vt sint in ɔiunctione maloꝝ: aut in oppositione eoꝝ: vel in eoꝝ tetragona: aut trigona: aut exagona radiatione: aut si fuerit inter eos et corpus mali vel radios eius minus termino planete: vnius aut fuerint in terminis maloꝝ: aut domibus eoꝝ: aut sint mali eleuati super eos a 10 vel 11 a locis eoꝝ: et multo deterius si sol non receperit eos. Aut fuerint in ɔiunctione solis: vel oppositione eius: vel in tetragona radiatione: aut fuerit in capitibus suoꝝ genzahar: aut cum caudis suis: aut cũ capite draconis vel cauda sintqꝫ inter eos et inter aliquem istoꝝ scilicet locoꝝ genzaar 12 gradus vel infra: et maxime si fuerit Luna in aliquo eoꝝ: similiter et Sol tũc magis ĩpedit̃ ab eis. i. a capite vel cauda cũ fuerint inter ipsum et vnũ eoꝝ etiam 4 grad. ante vel retro: aut cum fuerint planete obsessi inter duos malos: hoc est vt sit planeta in signo aliquo et cum eo malus: vel radij eius ante se: et malus vel radij eius post se: aut separetur a malo per ɔiunctionem vel per aspectum: et iungatur tali modo alteri malo: aut fuerit malus: vel radij eius in signo quod est ante eum: idest in secundo ab eo: et in signo quod est post eum: idest in 12 ab eo fuerit alter malus: vel radij eius. Similiter dicitur de signis ꝙ sint obsessa. Qd̃ si aspexerit fortuna vel sol eundem planetã obsessum: vel signum obsessum a trino: vel a sextili aspectu fueritqꝫ inter eũ et ɔiunctionẽ minus septem gradibus soluet̃ ipsa malitia vel obsessio.

¶ Et ex hoc etiã est vt sit planeta retrogradus: vel sub radijs solis cõbustus: aut cadẽs ab ascendente: et ex debilitate eorum est: vt sint tardi cursu: aut in statione prima: hoc est qñ stant: vt retrogradi fiant aut sint in gradib⁹ tenebrosis: aut sint masculini ĩ signis

femininis: ⁊ gradibus femininis in die sub terra: ⁊ in nocte sup terrā: aut sint feminini in signis masculinis: ⁊ in gradibus masculinis i nocte sub terra: ⁊ in die sup terram: aut sint in oppositione dignitatū suarum: seu potestatum: aut descendentes in meridie vel meridiani: aut cadentes ab angulis: vel a succedentibus angulorū: aut in domibus cadē tibus: aut sint in via combusta q̄ es medietas vltima libre: ⁊ pma medietas scorpionis: aut iungantur planete retrogrado vel impedito seu cadenti ab angulis: aut non sint recepti. Aut sint tres altiores a sole occidentales: aut in quartis femininis: ⁊ debilitas solis est: vt sit in signis femininis: aut in quartis femininis: nisi sit in domo nona: ⁊ debilitas trium inferiorum est vt sint orientales: aut in quartis masculinis.

¶ De amicitia ⁊ odio planetarum.

Et dicitur in planetis q sint qdam eorum se inuicē diligentes ⁊ odientes: naz de diligentibus quidā antiquorū dixerunt q Jupiter diligit oēs planetas ⁊ sit amicus eorū ⁊ ipsi illius preter martem. Ueneris amici sunt omnes planete ⁊ omnes diligunt eū preter saturnū. ¶ Saturni aūt amici sunt Jupiter Sol et Luna: ⁊ inimici eius Mars ⁊ Uenus ⁊ ipsa plus habet eū odio. ¶ Et amica martis est Uenus ⁊ ceteri planete odio habent eū ⁊ plus Jupiter ⁊ Sol. ¶ Solis vero amici sunt Jupiter ⁊ Uenus ⁊ inimici Mars Mercurius ⁊ Luna. ¶ Mercurij amici sunt Jupiter Uenus: ⁊ Saturnus tantū: ⁊ inimici eius sunt Sol ⁊ Luna ⁊ Mars. Lune aūt amici sunt Jupiter et Uenus ⁊ Saturnus: ⁊ inimici Mars ⁊ Mercurius. Capitis draconis amici sunt Jupiter ⁊ Uenus: ⁊ inimici Saturnus ⁊ Mars. Caude vero amici Saturnus ⁊ Mars: inimici Sol ⁊ Luna Jupiter ⁊ Uenus. Et sunt alie species inimicitie. cum fuerint duo planete habentes domos suas oppositas: vt Mars ⁊ Uenus: ⁊ cū cōiunguntur dicitur apertio portarū. Tertia quoq species inimicitie est vt sint duorum planetarū exaltationes opposite. Fortior aūt planetarū amicitia est: vt concordet planeta cū planeta in natura ⁊ in qualitate atq substantia ⁊ potestate sicut concordat Mars cū sole: quia vterq cōcordat in caliditate ⁊ siccitate ⁊ acuitiōe ⁊ celeritate: ⁊ est dominus exaltatiōis eius in qua apparet eius fortitudo: ⁊ vti concordat Luna et Uenus in frigore ⁊ humiditate: ⁊ est domina exaltationis eius. Cum autem concordauerint duo planete in natura et substantia: vt Jupiter ⁊ Uenus sunt amici.

¶ Differentia quarta in expositione nominū astrologorum.

Et prosequamur nūc expositionē nominū astrologorū qbus vtuntur astrologi: ⁊ Initiū horū est. Coniunctio ⁊ res significantes destructiones seu mutationes q̄ fiunt in hoc seculo ex cōiunctionibus: quarū numerus est sex: maior aūt omnibus cōiunctiōibus est cōiunctio saturni ⁊ iouis in initio arietis ⁊ hic fit in. 960. annis. ¶ Secūda aūt eorū cōiunctio est in initio vniuscuiusq triplicitatis ⁊ hic fit in. 240. annis. Junguntᷣ aūt i vnaquaq triplicitate duodecies: ⁊ fortassis faciunt in vnaquaq triplicitate. 13. cōiunctiones: deinde mutatᷣ eorū coniunctio ad triplicitatē q̄ huic succedit. ¶ Tertia aūt cōiunctio saturni ⁊ martis in initio cancri q̄ fit i oībus. 30. annis. ¶ Quarta quoq est cōiunctio iouis ⁊ saturni i vnoquoq signo q̄ fit i oībus 20 annis. ¶ Quinta est descēsio luminaris maioris i punctū equinoctij vernalis tpis. s. ingressus solis in capite arietis q̄ fit in oi anno. ¶ Sexta est cōiunctio luminariū ⁊ oppositio eorū que fit in dimidio cuiusq mensis lunaris. Et qn̄ dicitur ascendēs cōiunctionis dicitᷣ vel significatᷣ ascendens mundi. i. signū quod ascendit hora introitus solis i pdictū punctum equinoctij vernalis in initio. s. illius anni in quo debet fieri cōiunctio predicta.

de amicitie de planetis

¶ De annimodar.i.gradus ascendentis natiuitatum inuestigatione.

Et post hoc est annimodar qd̄ est inuestigatio gradus ascendentis alicuius natiui tatis: ꝛ putāt multi astrologorū ꝙ inueniat̄ ꝑ eū verus gradus ascēdētis natiuita tis alicuius: sed hoc falsum est: ꝛ hoc iā patefeci in libro meo quē feci de annimodar: sꝫ inuenit̄ ꝑ eundē dignior oībus gradibus circuli post gradū ascendentis in eadem hora ſm cursum naturalem: ꝛ concordat multotiens.i.accidit aliquādo ꝙ inueniatur per eū verus gradus ascendentis. Cuius rei cognitio est vt cōsideretur gradus coniunctionis vel gradus preuentionis q̄ fuerit ante ipsaꝫ natiuitatē: ꝛ si fuerit cōiunctio illi natiuitati ꝓpior vocat̄ ipsa natiuitas ꝯiunctionalis: ꝛ si fuerit ꝑuētio illi ꝓpior dicit̄ ꝑuētionalis .i.i q̄licūqꝫ earū fuerit natiuitas in cōiunctiōe.s.vel preuentione eodē modo ꝛ noīe nati uitas ꝑdicta nūcupat̄: ꝛ qꝛ gradus cōiunctiōis est idē gradus ī quo iungunt̄ luminaria ideo nulla ē ingſitio: nec īdiget expositiōe: ī ꝑuētiōe aūt qꝛ vnūqdꝫ luminariū ē ī gradu suo.i.ī diuersis gradib⁹ oppositis ideo. Necesse ē nobis scire quē hoꝝ graduū velit ītel ligi gradū ꝑuentionis: ꝛ iaꝫ dixit Ptolomeus: qꝛ gradus illius luminaris qd̄ fuerit su per terrā est gradus preuentiōis: ꝛ qdā sapientū dixerūt ꝙ si euenerit ī ꝑuentiōe ꝙ vnū luminariū sit in gradu orientis ꝛ alterum in gradu occidētis: tunc gradus orientis erit gradus ꝑuentionis. Et dixit Vellius: ꝙ gradus preuentiōis est gradus ī quo fit imple tio volēs intelligi gradū lune: sed quia hoc est opus Ptolomei oportet in hoc nos redi re ad eius sententiā. cum ergo gradus cōiunctionis vel gradus preuentionis certissime patuerit constitues gra.ascendentē ꝑ extimationē hore natiuitatis ꝛ quatuor angulos ꝛ reliquas domos: deinde aspicies gra.cōiunctionis: vel gradū ꝑuentionis que fuerit an te natiuitatem: ꝛ qs planetarū in eo fuerit dignior vel fortior in eadem hora cōiunctiōis vel ꝑuentionis per multitudinē dignitatū seu potestatum.i.cōsiderabis qs planetaruꝫ habeat maius dominiū in eodē loco. Hunc ergo planetā equabis ad horā opinatā nati uitatis. deinde aspicies vtrū sit gradus illius planete in signo in quo ē ꝓpior gradui. 10 domus aut gradui ascendētis ꝛ cui horū ꝓpior fuerit ſm numerū facies hunc angulꝫ in figura ad istar gradus ipsius planete ꝛ eius minuti: ꝛ diuides. 12. domus ꝑ eū. Dixit Ptolomeus si planete plures cōuenerint in dn̄io eiusdē loci ꝛ fuerint equales in fortitu dine cōstitues dominū loci illum qui fuerit dn̄s hore: vel q fuerit dn̄s haim: ꝙ si in hoc etiam cōuenerint cōstitues eum qui velocius dꝫ mutari ab esse suo ad id qd̄ fuerit me lius.i.eum qui voluerit exire de aliquo signo in quo fuerit: ꝛ intrare aliud in quo habue rit plures dignitates: vel si fuerint tres superiores orientales a sole eliges eum qui soli fuerit propinquior ꝛ non fuerit sub radijs. Si vero in angulo fuerit ille est eligendus q gradui eiusdem anguli fuerit quo ad numerū propinquior: ꝛ hoc intellige.

Et ex hoc sequit̄ hylech.i.locus vite ī natiuitatibus cuius scientia est: vt primo aspi cias horā natiuitatis: que si fuerit ī die accipies a sole: qui si fuerit ante gradū signi ascendentis ꝑ. 5. gradus aut infra: aut fuerit in decima vel vndecima siue masculinum fuerit ipsum signū seu femininū aptus erit: vt sit hylech. Si aūt fuerit in his tribus locis .s.in septima vel octaua vel nona in signo mas. similiter aptus erit: vt sit hylech. Si ve ro fuerit in his tribus locis in signo feminino non erit aptus: vt sit hylech. Hinc aspicies ad Lunam que si fuerit in ascendente vel in secūda vel tertia: aut in septima vel octaua erit apta vt sit hylech. siue masculinū siue femininū fuerit signū. Et si fuerit ante gradꝫ signi ascendētis ꝑ. 5. gradus vel infra: aut fuerit in decima vel vndecima aut in quarta vel qnta vel in septima in signo feminino aptet̄ hylech. Si aūt fuerit in aliquo istorum locorū in signo masculino non erit apta vt sit hylech si fuerit ī die natiuitatis. ¶ Si ve

ro natiuitas fuerit nocturna incipiamus a luna. que si fuerit in aliquo pdictorũ locorũ: ſm qꝫ pdiximus erit apta vt sit hylech. Si aũt luna nõ fuerit in eis aspicies post hoc ad solẽ. q si fuerit ante gra. septime p. 5. gra. vel infra: aut si fuerit in quarta vel i qnta erit aptus vt sit hylech siue signũ fuerit masculinũ siue femininũ. si vero fuerit ante ascendentẽ. 5. gradibus vel infra: aut in ascendẽte: vel in secũda in signo mas. aptabit etiam hylech. Si aũt fuerit in aliquo istorũ locorũ in signo femi. non erit aptus vt sit hylech. ℂ Quod si luminarium aliqd non fuerit aptuꝫ hylech. Aspice post hoc natiuitatẽ: vtrũ sit cõiunctionalis aut preuentionalis. i. vtrum sit post cõiunctionem vel preuentionem. Quod si fuerit natiuitas cõiunctionalis ⁊ fuerit gradus cõiunctionis in aliquo angulorum: vel in succedenti angulo erit in loco apto vt sit hylech. Si vero predictus gradus fuerit cadẽs ab his octo locis. i. ab angulis ⁊ a succedentibus angulis non erit hylech. Aspicies tũc gradũ partis fortune: q si fuerit in aliquo angulorũ vel in succedẽtibus angulis: erit in loco apto vt sit hylech. Si vero cadẽs fuerit ab his. 8. locis non erit aptus vt sit hylech. Aspicies post hoc gradũ ascendẽtis ⁊ cõstitues eũ hylech. ℂ Si vero natiuitas puentionalis fuerit: incipies a gradu puentionis. Aspiciesqꝫ eũ sicut prius fecisti in gradu cõiunctionis: ⁊ post ipsum gradũ partis fortune: post ipsum gra. ascẽdentis eo ordine quo pdiximus in gradu cõiunctionis. De sexu aũt signorũ nõ curabis. i. nõ aspicies vtrũ sint signa illa mas. vel femi. nisi tm̄modo in luminaribus. hoc est gradu cõiunctiõis vel preuentiõis ⁊ ascendẽtis ⁊ partis fortune nõ cõsideres vtrũ sint in mas. signis vel femi. tam in angulis q̃ in succedẽtibus angulorũ: sed hec quatuor tm̄ erunt tũc apta hylech cũ fuerint in his octo locis. i. in angulis vel succedentibus eorũ: si vero fuerint i locis recedẽtibus. i. cadẽtibus ab angulis non erunt apta vt sit hylech. Apparet itaqꝫ qꝫ sol sit hylech aptus in die ⁊ nocte sup terrã ⁊ sub terra in vndecim locis: sup terrã in. 6. locis ⁊ sub terra in. 5. Luna quoqꝫ apta erit vt sit hylech in die ⁊ nocte sup terrã ⁊ sub terra similiter in vndecim locis sup terrã in. 5. ⁊ sub terra in. 6. sed si fuerit luna i his locis. sub radijs solis nõ erit apta vt sit hylech. Aspicies aũt hylech in angulis ⁊ succedẽtibus eorũ scðm qꝫ equãtur. 12. domus circuli per gradus horarũ ascẽdentis scðm qꝫ exponit eius opus in canone planetarũ: idest in libro cursuũ planetarũ. Cũqꝫ equaueris domos hoc modo: omnis planeta qui fuerit ante gradũ signi ascendẽtis vel cuiuslibet domus p 5. gradus vel ifra erit fortitudo eius valida in domo q̃ ei succedit: ⁊ oĩs locꝰ ex locis que prediximus est aptus vt sit hylech: si asperexerit eum aliquis dominorum illius qui sit dominus domus: aut dominus exaltationis: aut dominus termini: aut triplicitatis: aut dominꝰ faciei: ⁊ si non: non erit aptus vt sit hylech.

ℂ De alcocboden.

Et ex hoc sequit alcocboden qui est significator vite: idest dñs annorum: vel dans annos quẽ cum volueris scire ⁊ iam prenosti hylech eo ordine quo predixi: aspicies dominũ domus hylech: aut dominũ exaltationis eius: aut dominum termini eius: aut dominũ triplicitatis: aut faciei eius quis horum fortior fuerit ⁊ auctentior in loco hylech: ⁊ si asperexerit hylech erit dignior alcocboden. qꝫ si nõ asperexerit hylech q fuerit pluris auctoritatis aspicias eum qui fuerit auctoritatis minoris donec inuenias aliquẽ ex illis qui aspiciat: qꝫ si nõ asperexerit hylech nõ poterit ille locus esse hylech: ⁊ tunc queres ab alio hylech ⁊ iterũ queres ab eodeꝫ secũdo hylech alcocboden eo ordine quo prediximus: qꝫ si equales fuerint duo planete vel tres in auctoritate gradus hylech: ⁊ asperexerit vterqꝫ erit dignior alcocboden qui fuerit fortior ex loco. Si vero fuerint equales in fortitudine loci. s. vbi fuerint ipsi planete erit ille dignior alcocboden qui ppior fuerit

gradui hylech. ¶ Quibusdam autē videbatur melius incipere a domino domus qui si aspexerit hylech ponebant eū alcochoden ⁊ nō cōsiderabant alterū: ⁊ si nō inuenissent dn̄m domus aspicientem hylech accipiebant dn̄m exaltationis quez si aspicere viderēt hylech ponebant alcochoden eū ⁊ nō considerabant alium preter eū: similiter faciebant de domino triplicitatis termini atqꝫ faciei per ordinē: ⁊ erat Dorothius preponēs dn̄m termini in hoc domino domus: Et quidā dixerūt ꝙ si equales fuerint duo planete vel tres vel plures in dignitate: ⁊ in ꝓpinquitate aspectus gradui hylech ille erit alcochoden qui erit in loco laudabili a sole: idest qui fuerit cum sole in vno gra. p. 16. minuta: aut infra: vel propinquior gradui anguli: aut in initio ortus sui: idest cū mane apparuerit: aut fuerit in statione sua scd̄a: vel i aliquo eius esse scilicet laudabili a sole sicut p̄dixi mus ipse erit alcochoden. Quod verū est de tribus sup̄ioribus quū p̄cesserit eos sol sicut euadūt de cōbustione. inferiores vero meliores sunt occidētales q̄z velociores sunt a sole ⁊ sic fugiunt cōbustiones. Si vero gradus Solis fuerit hylech: ⁊ fuerit in Ariete vel in Leone erit Sol hylech: ⁊ alcochoden simul ⁊ nō cōsiderabit̄ alius alcochoden p̄ter eū: similiter si fuerit gradus Lune hylech: ⁊ luna fuerit in Tauro vel in Cancro habeto eā pro hylech ⁊ alcochoden: simul ⁊ nō cōsiderabis alcochoden alium preter eam.

Almutam vero est qui preest natiuitati: ab eo significat̄ esse nati post hylech ⁊ alcochoden: ⁊ ipse planetis ceteris est pluris auctoritatis: i ascēdente in locis luminariū atqꝫ in loco partis fortune in loco quoqꝫ cōiunctiōis vel p̄uentionis que est ante natiuitatē. Quod si prefuerit aliquis planeta duobus locis aut tribus aut quatuor aut pluribus pre multitudine potestatis sue erit ipse almutā. i. auctor vel significator vite post hylech: ⁊ alcochodē ⁊ p eū significat̄ esse nati: ⁊ q̄dā habēt eū ꝓ alcochodē ad dandū vitā.

¶ De profectione signorum.

Et ex hoc sequit̄ signū ꝓfectiōis in annis natiuitatū atqꝫ mundi. Nā in annis natiuitatū scientia est: vt aspicias quot anni trāsierūt nato ex annis solaribus perfectis accipies eosqꝫ dando oī anno signū vnū ⁊ incipies a b ascēdente nati per successionez signorū quousqꝫ finitus fuerit numerus ⁊ signū quod succedit: est signū ꝓfectiōis ab ascēdente signū videlicet anni intrātis quē nō misisti in numero. ⁊ hoc signū ꝓfectionis erit in tali gradu sicut fuit in ascēdente natiuitatis: ⁊ dn̄s eiusdē dicitur alcochoden cuius interpretatio est dominus anni. Similiter numerabis a signo solis vnicuiqꝫ anno signū vnū: ⁊ exibit per hoc signū profectiōis a sole. Similiter a signo Lune ⁊ a medio celi: ⁊ a parte fortune in similitudinē gradus radicis. i. puncti natiuitatis. Cuius rei exemplar ē ꝙ quidam natus est oriente capricorno. s. 17. gradu eius: ⁊ sol erat in piscibus. 15. gradu: ⁊ medium celi scorpionis. octo gra. ⁊ luna in libra. 15. gra. ⁊ pars fortune i leone. 17 gra. ⁊ iam transierūt nato tres anni perfecti p̄uenitqꝫ quartus annus ab ascēdēte in ariete qui est quartus a capricorno vsqꝫ ad. 17. gradū eiusdem arietis. ⁊ erit mars alcochodem: ⁊ peruenit locus solis ad geminos vsqꝫ ad. 15. gra. eiusdē signi ⁊ peruenit luna ad capricornū. ad. 15 gra. ⁊ profectus a medio celi ad octo gradū aquarij. ⁊ ꝓfectus a parte fortune peruenit vsqꝫ ad. 17. gradū scorpij. Cūqꝫ peruenerit annus ad gradū ꝓfectionis: vt ad. 17. gradum arietis in hoc exemplo: ⁊ fuerit inter ipsum ⁊ similē gradū succedentis signi ad quē debet p̄uenire annus sequēs in eadē domo planeta vel radij eius: ⁊ volueris scire quādo p̄uenerit profectio ad ipsum planetā vel ad radios eius aspicies q̄d sit iter gradū ad quem p̄ueniet annus profectiōis: ⁊ planetā vel radios eius ex gradibus ⁊ minutis: ⁊ multiplicabis illud per. 12. ⁊ sextam illius numeri quez multiplicas vel in. 12. gradus ⁊. 6. vnius gradus ⁊ quot prouenerint erūt dies ex anno illo in quo

fueris in quibus peruenieт profectio a gradu in quo incipit vsq; ad gradū ad quē numerasti post fiet pfectio ipsius planete. ¶ Profectio aūt ex annis mūdi dixit alkindus est qđ fuerūt inter annū cōiunctionis que significauit sarracenorū sectā ⁊ inter annū albegerat in quo cepit primū pdicare mahometus qui fuit primus annorū arabū. 52. anni solares ⁊. 57. dies ⁊ fuit ascendēs anni illius cōiunctionis pdicte secte signū geminorū: ⁊ peruenit pfectio eiusdē anni ad virginē: ⁊ inter ipsū primū annorū arabū: ⁊ pmū ānorū iezdagird regis persarū fuerunt. 3624. dies scilicet pfecti. Cum ergo volueris habere notitiā pfectionis huius rei accipe annos iezdagird ⁊ verte eos in dies sicut iā expositū est in azig. i. in libro cursuū planetarū: ⁊ adde desuper dies qui sunt inter primū annorū arabū ⁊ iezdagird: ⁊ diuide hoc per. 365. dies ⁊ quartā partē diei ⁊ quot diuisiones exierint tot erunt anni solares: ⁊ qđ remanserit ex mensibus ⁊ diebus erit ex anno imperfecto: qđ cū ita collectum fuerit ex annis ipsi sunt anni solares ab initio annorū arabū proijce ergo omni āno signū vnū ⁊ incipe a virgine ⁊ ad quodcūq; signū te pduxerit numerus cōiunctionis ipsum erit signū ad qđ peruenit annus mūdi ab ascensione cōiunctionis predicte secte. ¶ Alijs aūt extra alkindū visum est vt adderent super annos iezdagird perfectos. 61. annos ⁊. 11. menses ⁊. 12. dies ⁊. 16. horas: ex annis persidū q sunt sine fractione idest sine quarta diei ⁊ extenderent hos annos in dies ac verterēt dies i annos solares sicut prediximus ⁊ inciperent proijcere abinitio libre: q si volueris profectionem a signo cōiunctionis secte sit proiectio a scorpione. si vero volueris profectionē ab ascendēte regni minue ex annis iezdagird annos illos. 317. persidos ⁊ verte eos in annos solares sicut pdiximus: ⁊ incipe proijcere a virgine. ¶ Rursus si volueris profectionē ab ascēsione profectionis mutationis coniunctionis a triplicitate equatica ad triplicitatem igneam minue ex annis iezdagird perfectis. 176. annos ⁊ verte illos qui remanent in annos solares. ⁊ incipe proijcere a leone ⁊ quo peruenerit numerus in eodem signo erit profectio vniuscuiusq; initij eorum que diximus.

¶ De directione significatoris.

Et ex hoc sequit atazir. i. directio: hoc est vt dirigas significatorē aliquē ad aquilē locum signorū ⁊ scias qd fit inter eos ex gradibus directiōis accipiesq; dādo vnicuiq; gradui annū vnū. Cum ergo volueris scire hoc ⁊ fuerit ille significator in ascendente quēuis dirigere ad aliquē partē circuli minue ascensiones gradus in quo fuerit significator quē volueris dirigere per ascēsiōes regionis de ascensiōibus gradus illius ad quē volueris dirigere eū: ⁊ q remanserit erit gradus directionis: q si fuerit significator in gradu septime minues ascēsiōes nadir. i. oppositi gradus in quo est significator de ascensiōibus nadir illius gradus ad quē volueris ipsum dirigere in illa regione Si vero fuerit significator in medio celi vel in angulo terre: minues ascēsiones gradus significatoris de ascensionibus illius gradus ad quem volueris eū dirigere p ascēsiones circuli directi: ⁊ qđ remāserit erit gradus directiōis. Si vero fuerit ille significator quē volueris dirigere in aliquo loco extra quatuor angulos. Aspicies longitudinem eius ab aliquo horū angulorū qui sunt angulus medij celi atq; angulus terre: hoc est vt aspicis significatorē qui si fuerit inter ascendens ⁊ mediū celi: minues ascēsiones gradus medij celi p circulū directū de ascensionibus gradus significatoris: ⁊ si fuerit inter. 7. ⁊ mediū celi: minues ascēsiones gradus significatoris de ascensionibus gradus medij celi per circulū directū: ⁊ qđ remāserit: ex qlicūq; horū locorū fuerit: illud diuides p partes horarū illius diei gradus in quo fuerit significator: ⁊ qđ exierit erūt hore lōgitudinis ab angulo. Et si fuerit inter ascendēs ⁊ angulū terre minues ascēsiōes gradus significatoris

ꝑ circulū directū de aſcēſiōibus gradus anguli terre. Rurſus ſi fuerit ſigator iter agulū
terre ⁊.7. minues aſcēſiōes gradus anguli terre ꝑ circulū directū de aſcēſiōibꝰ gradus
ſigatoris: ⁊ qđ remāſerit ex q̄licūq; horū locoꝝ diuides ꝑ tēpora horarū diei nadir ideſt
oppoſiti gradꝰ ſigatoris: ⁊ ꝙ exierit ipſe erūt hore lōgitudinis ab angulo. ¶ Cūq; ſciue
ris lōgitudīs horas ab āgulo ⁊ volueris dirigere ſigatorē ad aliquē locū circuli ſignoꝝ:
⁊ fuerit ſigator ī medio circuli oriētalis q̄ ē a medio celi vſq; ad angulū terre đ eis q̄ ſuc
cedūt aſcēdēs: minue aſcēſiōes gradus illius ī quo fuerit ſigator de aſcēſiōibus gradus
illius ad quē volueris dirigere ꝑ circulū directū: ⁊ qđ remāſerit erit ſigator circuli dire
cti: ſerua eū. Poſt hoc minues aſcēſiōes illius gradus ī quo fuerit ſigator ꝑ aſcēſiones re
giōis de aſcēſiōibus illiꝰ gradus ad quē volueris eū dirigere: ⁊ ꝙ remāſerit erit ſigator
regiōis: poſt hᵒ aſpice reſiduū ꝙ fuerit iter ſigatorē circuli directi: ⁊ ſigatorē regiōis: acci
pieſq; ſextā partē eiꝰ ⁊ multiplicabis ī horis lōgitudinis ab angulo: ⁊ ꝙ fuerit erit eq̄tio:
⁊ ſi fuerit ſigator circuli directi minor ſigatore regiōis: addes eq̄tionē ſuꝑ ſigatorē circu
li directi. Et ſi fuerit ſigator circuli directi plus minues eq̄tionē ex eo: ⁊ ꝙ remāſerit erit
gradus directiōis. ¶ Itē ſi fuerit ſigator quē volueris dirigere ī medietate circuli occi
dētalis q̄ ē ab āgulo terre vſq; ad mediū celi de eo ꝙ ſuccedit ſeptime minues aſcēſiōes
nadir gradus ſigatoris quē volueris dirigere de aſcēſiōibus nadir gradus illiꝰ ad quē
volueris dirigere cū ꝑ circulū directū ⁊ qđ remāſerit erit ſigator circuli directi. Poſt
hoc minues aſcēſiōes nadir gradus ſigatoris ꝑ aſcēſiones regiōis de aſcēſiōibus nadir
gradus illius ad quē volueris eū dirigere: ⁊ ꝙ remāſerit erit ſigator regiōis: deinde ac
cipies reſiduū ꝙ fuerit iter ſigatorē circuli directi ⁊ ſigatorē regiōis accipieſq; ſextam
partē eiꝰ: ⁊ multiplicabis ī horis lōgitudīs ab āgulo: ⁊ ꝙ fuerit erit eq̄tio. poſt hoc aſpi
cies ſigatorē circuli directi ſi fuerit minor ſigatore regiōis addes equationē ſuꝑ ſigato
rē circuli directi: ⁊ ſi fuerit ſignificator circuli directi plus ſignificatore regiōis minues
equationē de ſignificatore circuli directi: ⁊ quod ex eo exierit erit gradus directionis.
¶ Qđ ſi fuerit ſignificator in aliq̄ q̄rta: ⁊ locus ad quē diriges eū in alia q̄rta diriges ſi
gnificatorē ad āgulū q̄ ei ſuccedit: poſt hoc diriges ab angulo ad locū quēadmodū oſtē
di tibi directionē ab angulo ⁊ iūges vtraſq; directiōes. ¶ Qđ cū ſciueris ſignificatorē
⁊ volueris ſcire quo ꝑueniet directio de circulo ſignoꝝ ī aliquo annorū: fueritq; ſignifi
cator in aſcēdēte: addes numerū annorū: ſuꝑ aſcēſiōes gradus aſcendētis: ⁊ facies eum
arcū ī aſcenſiōe regiōis: ⁊ quo exiuerit arcus gradus. de circulo ſignorū ibi ꝑueniet dire
ctio ī eodē anno. Si vero fuerit ſignificator ī ſeptima addes numerū annorū ſuꝑ aſcen
ſiōes nadir gradus ſignificatoris: ⁊ arcuabis eū etiā ī aſcenſionibus regionis: ⁊ ꝙ exie
rit de circulo ſignorū: ad eius nadir ꝑueniet directio eodē anno. ¶ Qđ ſi fuerit ſignifi
cator ī decima vel q̄rta addes ſuꝑ aſcēſiones gra. ſignificatoris ī circulo directo numeꝝ
annorū: ⁊ arcuabis eū ī aſcenſiōibus ſignificatoris circuli directi: ⁊ ꝙ exierit de circulo
ſignorū ibidē ꝑueniet ī eodē anno directio. ¶ Si vero fuerit ſignificator extra hec qua
tuor loca q̄ ſunt anguli ſcias horas longitudinis ab angulo ſicut ꝓdixi: qđ ſi fuerit ſigni
ficator ī medietate orientali: addes ſuꝑ aſcēſiones gra. ſignificatoris ꝑ circulū directum
numerū annorū quos volueris ⁊ arcubis hoc ī aſcenſiōibus circuli directi: ⁊ qđ exierit
erit ſignificator circuli directi: ſerua eū. poſt hoc addes numerū annorū etiā ſuꝑ aſcēſio
nes gra. ſignificatoris ī regiōe: ⁊ arcuabis hoc ī aſcēſione regionis: ⁊ ꝙ fuerit erit ſigni
ficator regiōis. poſt hoc accipies ſextā partē reſidui iter ſignificatorē circuli directi: ⁊ ſi
gnificatorē regiōis: ⁊ multiplicabis eā ī horis lōgitudinis ab angulo ⁊ ꝙ fuerit erit eq̄
tio. ¶ Qđ ſi fuerit ſignificator circuli directi minor ſignificatore regiōis addes eq̄tionē

sup significatorē circuli directi: ⁊ si fuerit plus minues eā de eo: ⁊ qꝺ remāserit ibi pueniet directio ex circulo signoꝝ eodē anno. ¶ Qꝺ si fuerit significator i medietate occidētali facies cū nadir gra. significatoris sicut fecisti cū gradu significatoris i ope qꝺ ē añ eū: ⁊ qꝺ fuerit ibidē pueniet directio ex circulo signorū i eodē āno: ⁊ locus ad quē pueniet directio dr̄ locus diuisiōis ⁊ dn̄s termini illius loci dr̄ diuisor: qꝺ si fuerit i gradu diuisionis planeta alius aut radij eius aut ppe locū añ eū dr̄ hic planeta dn̄s radiorū aut particeps diuisoris i diuisiōe. ¶ Significatores vō q dirigunt̄ sūt qnqꝫ loca. i. gra ascēdētis ⁊ gra. Solis ⁊ gra. Lune. gra. quoqꝫ partis fortune ac gradus medij celi. Gradus nāqꝫ ascēdētis dirigit̄ ad accidētia dignoscēda q̄ accidūt i corpe: ⁊ gra. solis ad dignitatis et exaltatiōis cās: honoris quoqꝫ atqꝫ regni: ⁊ Luna ppter eē aīe ⁊ corpis atqꝫ coniugij: ⁊ pars fortune ppter acqsitiones ⁊ pfectus exignitatē ⁊ largitatē: ⁊ mediū celi ppter magisteriū ⁊ ceteras dispositiōes particulares ⁊ esse earū. ¶ Si aūt fuerit ascēdens reuolutiōis alicuius annorū mūdi vel natiuitatū dirigunt̄ significatores eius s̄m hāc directionē dādo vnicuiqꝫ. s. gradui diē vnū ⁊ hoc est qñ sol itrat. v. vel aliquam qrtā. Quibusdā aūt videtur vt dirigant̄ significatores anni hoc modo dando oibus: scilicet. 59. minutis: ⁊. 8. scdis vnum diē: nā directio regū ⁊ principū sic dirigit̄ eis a gradu medij celi per ascensiones circuli direeti dādo oibus. 59. minutis: ⁊ octo scdis vnū diē: donec pueniat ad bonos vel malos planetas. Et dirigit̄ ēt eē regū i icolumitate: aut ifirmitate ex gradu ascēdētis ad bonos vel malos planetas dādo oibus. 59. minutis: ⁊ octo scdis diē vnū p ascēsiōes regiōis: ⁊ directio i reuolutiōe annoꝝ mūdi ad pnoscēdū eē vulgi vel rusticoꝝ a gradu ascēdētis sūmit̄ silr ⁊ ad pnoscēdū esse regis a gradu medij celi: ⁊ in reuolutiōe annorū natiuitatū ad prenoscendū esse nati: a gradu ascendētis reuolutionis dando oibus. 59. minutis ⁊ octo secundis per ascensiones regionis diem vnum.

¶ De algebugthar.

Et ex hoc sequit̄ algebugthar i natiuitatibꝰ ⁊ ē directio gradus ascēdētis: hoc ē vt aspicias gradū ascēdētis i termino cuius sit planete ⁊ minuas ascēsiōes ascēdētis de ascēsiōibus q̄ sūt indirecto finis termini planete p ascēsiōes regiōis: ⁊ qꝺ remāserit accipies dādo vnicuiqꝫ gradui vnū ānū ⁊ oibꝰ qnqꝫ minutis mēsē: ⁊ oī minuto. 6. dies ⁊ erit dn̄s termini dispositor ānoꝝ q dr̄ diuisor. Post h̄ accipies gradꝰ termini q eū succedit ⁊ vertes eos ēt i gra. ascēsionū ⁊ qꝺ fuerit accipies dādo vnicuiqꝫ gradui ānū vnū: ⁊ oibꝰ. 5. mi. mēsē: ⁊ oī minuto sex dies: eritqꝫ dn̄s termini diuisor ⁊ dispositor illoꝝ annoꝝ. Silr̄ itrabis cū oī termino dn̄i p successionē vsqꝫ i finē vite: ⁊ si fuerit i termino alicuiꝰ planete: planeta aut radij eiꝰ erūt participes i diuisiōe: ⁊ h̄ diuisio dr̄ algebugthar.

¶ De duodenarijs planetarum ⁊ domorum.

Et ex hoc duodenarie planetarū ⁊ domoꝝ: hoc est vt aspicias quātū ambulauerit planeta i signo suo in quocūqꝫ fuerit aut gra. domꝰ quē volueris ex gradibꝰ ⁊ minutis multiplicabisqꝫ hoc i. 12. post hoc addes desup ipos gra. atqꝫ minuta q̄ multiplicasti in. 12. ⁊ qꝺ collectū fuerit ex eo pijce ab initio gra. eiusdem signi dans vnicuiqꝫ signo 30. gra. ⁊ quo fuerit finitus numerus ibi erit duodenaria planetarum ac domorum.

¶ De nouenarijs eorundem.

Et ex hoc amābabarat q̄ sūt nouēarie. Cuiꝰ sciētia ē vt scias quātū ābulauerit planeta i signo suo ex gradibꝰ ⁊ minutis: aut gra. domꝰ cuiꝰ volueris scire dn̄ nouēarie. post h̄ diuide signū i nouē diuisiōes ⁊ vnaqꝫ diuisio est ex tribus gradibus ⁊ tertia parte vniꝰ gradus. Post hoc aspicies i quo nouenario ex nouenarijs ceciderit gradus planete aut domꝰ. ¶ Post h̄ dabis pmū nouēariū ex signis dn̄o signi mobilis eiusdē tri

plicitatis ꝛ sm nouenariū domino signi cuius est ipsum signū quod succedit donec ve-
nias ad aliquē nouenarium ex quo est gradus: eritq; planeta dñs eius nouenarij: ver-
bi gratia: signū ex quo fuerit gradus ille erat ex triplicitate arietis: erit ergo p̄mū noue-
nariū eiusdē signi martis dñi arietis: ꝛ sm nouenariū Ueneris dñe tauri ꝛ nouenariuȝ
tertiū mercurij dñi geminorū. Similiter vsq; ad nouenariū nonū. Et si fuerit signū ex
triplicitate cancri erit p̄mū nouenariū eius lune. ꝛ sm nouenariū solis domini leonis: et
tertiū mercurij domini virginis. Et si fuerit signū ex triplicitate libre erit primū nouena
riū eius Ueneris domini libre: ꝛ scdm martis domini scorpionis: ꝛ tertiū iouis domi-
ni sagittarij. Similiter in triplicitate capricorni primū nouenariū eius est saturni domi
ni capricorni: ꝛ sm similiter saturni domini aquarij: ꝛ tertiū iouis domini pisciū. deide
que sequunt sm ordinē successionis signorū: verbi gratia: planeta vel aliqua domus ex
domibus. 12. erat in. 19. gradu aquarij si diuidat signū p nouē diuisiōes erit gradus
19. in diuisione sexta ꝛ q2 signū aquarij est in triplicitate libre ponit primū nouenariū
eius Ueneris domini libre secūdum martis domini scorpionis: ꝛ tertiuȝ iouis domini
sagittarij: ꝛ quartum saturni domini capricorni: ꝛ quintum etiam saturni domini aqua
rij: ꝛ sextū iouis domini pisciū. eritq; naubabar idest nouenariū. 19. gra. aquarij iouis.

¶ Modus inueniendi dominum decani.

Et ex hoc adorogen hoc est vt diuidas ascendēs in tres partes ꝛ sit oīs diuisio. 10
graduū: dabisq; diuisionē p̄mā dño ascendentis ꝛ scdam domino quinti signi ab
eo: et tertiā dño noni: nam ascendens. 5. et. 9. vna semper sunt triplicitas: verbi gratia.
Aries erat ascēdens tūc: ab initio arietis vsq; in decimum gradum eius est dorongen. i.
decanus est mars dominus arietis. Et si fuerit ascendens ex. 10. gradu vsq;. 20. graduȝ
erit eius dorogen sol dominus leonis. Et si fuerit ascendens a. 20. vsq; in finē eius erit
dorongen iupiter dominus sagittarij.

Et ex hoc sequit dñs orbis in natiuitatibus qd est vt aspicias dñm hore in qua ori
tur natus dabisq; ascendēs ꝛ dominū hore anno primo natiuitatis eius ꝛ signifi-
cabit p esse eius idest dominū hore sanitas vel infirmitas corporis nati sicut significat
per dñm ascendētis radicis. i. natiuitatis: ꝛ dabis dominū secūde hore ab ea secunde do
mui ab ascendēte in secūdo anno ꝛ significabit per esse suū in eodē anno esse substātie
ꝛc. sicut significat per esse dñi domus substātie: ꝛ dabis dñm tertie hore ab ea tertie do
mui ab ascendēte tertio anno ꝛ significabit per esse illius in eodē anno esse fratrū ꝛ so-
rorū ꝛ ceterorum sicut significabit per esse domini tertie domus. ꝛ dabis dominū hore
quarte domui quarte ab ascendēte in anno quarto: ꝛ significabitur per esse suum in eo-
dē anno esse patrū ꝛ eorū que significant per domum quartam. Similiter facies de do-
minis aliarū horarū p successionē ꝛ dabis. s. dñm vniuscuiusq; hore domui ex domib9
radicalibus dabiturq; domino hore. 12. ab hora natiuitatis domus. 12. ab ascēdēte ra
dicis. ꝛ annus. 12. et dñs prime hore a natiuitate erit dñs ascēdentis radicis ꝛ etiā dñs
anni decimi tertij ꝛ dñs scde hore ab ea erit domus substātie ꝛ anni decimi quarti dñs
ꝛ sic p ordinē de alijs. Et nominat dominus hore prime dñs ascēdētis hore. ꝛ dñs scde
hore dominus hore domus substantie ꝛ dominus hore tertie dñs hore domus fratruȝ
ꝛ sic de alijs. Similiter dominus vniuscuiusq; harum horarum nominatur nomine do
mus: ꝛ nominatur etiam orbis dominus ꝛ significatur per eum omni anno sicut signi-
ficatur per alcochoden: hoc est per dominum anni: ꝛ quidam astrologorum ponūt do-
minum orbis scilicet ascendentis radicis anno primo ꝛ. 2. anno planetam qui huic succe
dit. ꝛ in tertio anno planetam qui huic succedit sicut dictum est in domino hore.

Et ex hoc sequit alfridarie dispositio: hoc est cũ natiuitas fuerit diurna preerit in initio vite dispositioni eius fridarie sol fm quãtitatem annoꝝ fridarie eius q sunt decem: post hoc planeta q succedit soli q est venus cuius fridarie anni sunt octo. ⁊ post venerẽ planeta q succedit ei ⁊ est mercurius: ⁊ anni eius sunt tredecim deinde luna: et anni fridarie eius sũt nouẽ: deinde saturnꝰ ⁊ anni fridarie eiꝰ sunt 11. deinde iupiter ⁊ anni fridarie eius sunt 12. deinde mars ⁊ anni fridarie eius sunt 7. deinde caput draconis et anni fridarie eius sunt tres: post hoc cauda: et anni eius. fridarie sunt duo fiũt aũt anni collecti simul 75 anni. post hoc reuertit dispositio ad solẽ: et silr vsqꝫ ad vltimum planetaꝝ. ¶ Si aũt fuerit natiuitas nocturna incipiet dispositio vite nati a luna disponetqꝫ annos fridarie eius q sunt nouẽ. silr planeta post planetam sicut prediximus in sole. Cũqꝫ disposuerit planeta annos fridarie sue disponet ꝓprie pmaꝫ septimã solũ. i. septimam partẽ fridarie sue: deinde participat ei in scđa septima: planeta qui eũ succedit: post hoc participat ei in tertia septima planeta tertius qui succedit scđꝫ: ⁊ ita donec participat ei planeta qui est ante eũ in vltima septima ex annis fridarie eius: ⁊ est vnicuiqꝫ iudiciũ cũ participat alteri sup natiuitate: verbi gratia q̃uis sol disponat p decẽ annos oẽs tñ isti decẽ diuidunt in septẽ partes: quaꝝ primã septimã disponat ipse sol: scđam vero septimã disponet alius planeta q succedit soli. s. venus. deinde alius planeta q seqtur venerẽ q est mercurius disponet tertiã septimã partẽ et sic de alijs successiue. et idẽ de luna dicendum est in nocturna genitura.

Et ex hoc sequit almanar. i. supeminentia qua dicit q planeta vadit sup planetã: hoc est vt aspicias cursuꝫ planete mediũ et locũ eius equatũ: et si fuerit locus eius equatus minus medio cursu eius erit ascendens a medio circuli sui vsqꝫ ad sumitateꝫ circuli: et si fuerit locus eius equatus plus medio cursu erit descendẽs a medio circuli sui vsqꝫ ad infimum eius: et si fuerit locus eius equatus equalis medio cursui erit in medio circuli sui deinde locum planete minues de medio cursu suo postq̃ꝫ hoc certissime cognoueris. i. locũ equatũ: vel econuerso minorem de maiori eoꝝ subtrahendo et multiplicabis qđ remãserit per septẽ et diuides per 22 et qđ de diuisione exierit erit hoc oĩ planete ꝓ quantitate eius ascẽsionis vel descẽsionis. De venere et mercurio accipimus qđ est inter vtraqꝫ loca idest q est inter locum solis et veneris et mercurij et facimus vt supra: qꝛ per hoc scimus qs eoꝝ fortioꝛ sit in circulo augis: sed venus et mercurius cũ fuerit aliquis eorum orientalis et fuerit locus eius equatus minus loco solis accipies residuũ qđ est inter locũ solis et locum eius: faciesqꝫ cũ eo queadmodũ feceris vt dictum est in planetis altioribus ex multiplicatione et diuisione. ¶ Et ꝓprioꝛ ac fortioꝛ sit significatio planetaꝝ dũ abierint super seinuicem. i. dum abierit alter super alterum in coniũctione. ¶ In oppositione auteꝫ et in quarto aspectu erit significatio eoꝝ minus apparens et debilioꝛ. ¶ Et tñ cum vnus illoꝝ fuerit ascendens et alter descendẽs tunc ascẽdens eoꝝ vadit supra descendentem. ¶ Cum vero ambo fuerint descendentes: ille qui fuerit minoris descensionis vadit super illũ qui fuerit maioris vel pluris descensionis. ¶ Si autem ambo fuerint ascendentes ille qui est maioris ascensionis vadit super illum qui fuerit minoris ascensionis. ¶ Dicit quoqꝫ et alio modo idest vt scias latitudinem vtrorũqꝫ planetaꝝ: qꝛ septẽtrionalis eoꝝ vadit sup meridianum. Et si fuerint ambo septẽtrionales illẽ q fuerit pluris latitudinis vadit sup eũ qui fuerit minoris latitudinis. ¶ Si aũt fuerint vtriqꝫ meridiani ille q fuerit minoris latitudinis vadit sup euꝫ q fuerit maioris latitudinis ideoqꝫ dicit q luna vadit sup iouem in his duobus opibꝰ. Similiter si fuerit aliqs duoꝝ planetaruꝫ in medio circuli sui et nullam latitudinẽ hñs

nūc ascendens i circulo suo ⁊ septentrionalis vadit sup eū q caret latitudine ⁊ vadit ipse q sine latitudine est sup descendentē ⁊ meridianū. Et ex hoc apertio portarū dicitur cū iungitur planeta inferior planete superiori ⁊ fuerint cum hoc domus eorum opposite.

Que specialiter fit quando est introitus solis in libra.

Et ex hoc sequit albuzic ⁊ est res q̄ valde fuabāt idi. Nā ipsi numerāt post cōiunctionē solis ⁊ lūe. 12. horas ⁊ applicāt eas soli ⁊ diuidūt. 12. horas trinas. i. i tres partes. s. in haim solis. ⁊ iudicāt sup oēs quatuor horas fm iudiciū dñorū triplicitatis solis hora cōiunctiōis: deinde dant veneri post. 12. horas cōiunctiōis solis etiā duodecim ⁊ diuidūt eas iterū trinas ⁊ iudicāt sup omnē trinā diuisionem fm dños triplicitatis veneris hora cōiunctionis: post hoc faciunt silr cū mercurio ⁊ alijs planetis p successionē eorū donec reuertit orbis ad solē post. 84. horas ⁊ nō cessant sic facere frequēter donec venerit cōiunctio scda. Et qdā dicūt q albuzic sit hoc q post cōiunctionē sint. 12. hore inequales q̄ vocant cōbuste: ⁊ nō oportet aliquē in his incipere aliqd opus: ⁊ post horas. 12. sunt. 72. hore incōbuste in qbus est vtilis operū inceptio ⁊ post has. 72. horas incōbustas sunt. 12. cōbuste similiter vsq ad cōiunctionē q̄ succedit. post hoc diuidunt has horas. 12. in tres diuisiōes idest i partes. Dixeruntq cum qs incepit in q̄tuor horis p̄mis deambulare vel bellare timenda erit pditio aie sue: ⁊ cū in quatuor horis secundis incepit timendū erit detrimentū corpis sui sine amissione anime: ⁊ si in quatuor horis vltimis timendū est detrimentū substantie sue ⁊ suorum ⁊ ominū que possidet.

Differentia quinta in cōmemoratione vniuersariū partium.

Et quia expleuimus expositiōes eorū que sequunt ex noībus astrologorū. Exequamur nūc cōmemorationē vniuersarū partiū. Et cū notauerimus in loco partiū accipe a loco illo in locū illū ⁊ proijce hoc ab ascēdente vel de alio loco: dicimus vt addas sup illud q fuerit iter vtraq loca gradus ascēdētis: ⁊ pijce ab ascēdēte vel ab initio signi a quo pijcis quousq finiat numerus ⁊ gradus i quo finitur numerus erit gradus partis quesite. Cuius exemplar est opus partis fortune qr accipies qcqd ē iter solē ⁊ lunā i die ex gradib⁹. ⁊ addes sup eos gradus ascēdētis signi: ⁊ q collectū fuerit pijcies illud a. 30. in. 30. gradus ⁊ icipies pijcere ab initio ascēdētis signi ⁊ quo finit numerus ibi ē ps fortune: ⁊ i nocte facies ecōtra a lūa i solē ⁊ addes gradus desup signi ascēdētis ⁊ pijce h̄ de. 30. in. 30. ⁊ icipe pijcere ab initio signi ascēdētis sic p̄us. Incipiam⁹ h itaq post ptē fortune ptes. 12. domorū. ⁊ icipiam⁹ ab ascēdēte.

De partibus prime domus.

Prima domus est pars vite ⁊ accipit in die a ioue in saturnū ⁊ in nocte econtra ⁊ proijcit ab ascendēte. Pars hyleg accipit a gradu cōiunctiōis seu preuentiōis que fuerit ante natiuitatē vsq in gradum lune: ⁊ proijcitur ab ascendēte. Pars futurorū idest pars solis accipitur in die a luna in solem ⁊ in nocte ecōtra. ⁊ proijcit ab ascēdente. Pars dilectionis ⁊ cōcordie. i. pars veneris accipitur in die a parte fortune in partem futurorū: ⁊ in nocte econtra ⁊ proijcit ab ascendēte. Pars stabilitatis ⁊ fiducie ascendentis durationis nati est sicut pars concordie ⁊ dilectiōis ⁊ proijcitur ad ascēdente. Pars animositatis ⁊ audacie idest pars martis accipitur in die a marte i gradum partis fortune ⁊ in nocte ecōuerso. ⁊ proijcitur ab ascendente.

Modo le parte de le xii c[ase] (manuscript marginal note)

De partibus secunda domus.

Secunda domus est pars substātie ⁊ accipitur in die ⁊ nocte a dño domus substantie in gradū atq minutū domus substantie ⁊ proijcitur ab ascendēte. Pars pau

pertatis ꝛ paruitatis ingenij idest pars mercurij accipitur in die a parte futurorum in partē fortune: ꝛ in nocte ecōuerso. ꝛ ꝓijcitur ab ascendēte. ¶ Pars beatitudinis ꝛ triūphi atq; victorie idest pars iouis accipitur in die a parte futurorum in iouem ꝛ in nocte econuerso ꝛ proicitur ab ascendente.

¶ De partibus tertie domus.

Tertia domus est pars fratrū ꝛ accipit̄ in die a saturno in iouem ꝛ in nocte ecōuerso. ꝛ proijcit̄ ab ascēdente. ¶ Pars mortis ꝛ beniuolentie fratruꝫ accipit̄ in die a sole in saturnū ꝛ in nocte ecōuerso. ꝛ ꝓijcitur ab ascendēte. q̄ si fuerit saturnus sub radijs accipit̄ i die a sole in iouem ꝛ in nocte ecōuerso. ꝛ ꝓijcitur ab ascendente.

¶ De partibus quarte domus.

Quarta domus pars patrū est. ꝛ accipit̄ in die a sole in saturnū: ꝛ in nocte econuerso: ꝛ proijcit̄ ab ascendente. ¶ Pars mortis patris accipit̄ in die a saturno in iouē ꝛ in nocte ecōuerso: ꝛ proijcit̄ ab ascendente. ¶ Pars auorū accipit̄ i die a dn̄o domus solis in saturnū: ꝛ in nocte ecōuerso: ꝛ proijcitur ab ascendente. Et si fuerit in domo sua sol vel aliqua domoꝝ saturni accipe in die a sole in saturnū: ꝛ in nocte ecōuerso: ꝛ ꝓijce ab ascendente ꝛ nō cōsideres vtrū saturnus sit apparens vel sub radijs. ¶ Pars heredi tatū ꝛ possessionū accipit̄ in die ac nocte a saturno in lunam: ꝛ proijcitur ab ascendēte. ¶ Pars nobilitatis nati: ꝛ eius de quo fit dubitatio vtrū sit filius illius patris cui impo nit̄: an alterius accipit̄ in die a gradu solis in gradū exaltationis sue: ꝛ proijcit̄ ab ascēdente. ¶ Qd̄ si sol fuerit in gradu exaltatiōis sue in die ꝛ luna in nocte in gradu exaltatiōis sue erit pars in gradu ascēdentis: ꝛ erit significator gradus ascendētis. ¶ Pars finis rerū accipitur in die ꝛ nocte a saturno vsq; ad dominū domus cōiunctionis: aut ꝑuentionis: ꝛ additur desuper gradus ascendentis: ꝛ proijcitur ab ascendente.

¶ De partibus quinte domus.

Quinta domus est pars filiorū: ꝛ accipitur in die a Joue in Saturnū ꝛ in nocte ecōuerso: ꝛ ꝓijcitur ab ascendente. ¶ Pars que significat tp̄s in quo debet filius fieri: ꝛ numerū eorū seu masculorū seu feminarū ꝛ q̄d mulier pariet accipit̄ in die ac nocte a marte in Jouē: ꝛ ꝓijcitur ab ascendēte. ¶ Pars scientie filij masculi ꝛ femine accipitur in die ꝛ nocte a Luna in Jouē: ꝛ proijcit̄ ab ascendēte. ¶ Pars per quā scitur natus de quo fit iterrogatio vtrū sit masculus vel femina accipit̄ in die a dn̄o domus lune in Lunā: ꝛ in nocte ecōuerso: ꝛ ꝓijcitur ab ascendēte. ¶ Pars significās filiū cū peruenerit iupiter ad eū: idest ad gradū partis significātis filium accipitur in die ac nocte a marte in iouem ꝛ proijcitur ab ascendente. ¶ Pars dilectionis ꝛ gaudij accipitur in die ac nocte a venere in saturnum: ꝛ proijcitur ab ascendente. ¶ Pars scientie esse filiorum accipitur in die ac nocte a luna in venerem ꝛ proijcitur ab ascendente.

¶ De partibus sexte domus.

Sexta domus est pars infirmitatis ꝛ azemena. i. debilitatis inseparabilis alicuius membrorū accipitur in die a saturno in martem in nocte ecōuerso: ꝛ proijcitur ab ascendēte. ¶ Pars seruorū accipitur in die a mercurio in lunā: ꝛ in nocte econuerso: et proijcitur ab ascendente. Et dixit alendezgod accipitur in die a mercurio in partem fortune: ꝛ in nocte econuerso. Et dixit: oportet vt vtamur vtrisq; partibus insimul.

¶ De partibus septime domus.

Septima domus est pars despōsationis virorū seu coniugij: ꝛ accipitur in die ac nocte a sole in venerē: ꝛ proijcitur ab ascendente. Et hec pars similis est parti mandatorum ꝛ rumoruꝫ. Et pars desponsationis mulierum vel cōiugij ab hermete accipitur

in die ac nocte a venere in saturnū: ꝛ proijcit ab ascendente. Et hec pars congruit parti cultus terre. ¶ Itē pars desponsatiōis mulierum ſm vellium accipitur in die ac nocte a sole im martē: ꝛ proijcit ab ascendente. ¶ Pars delectationis ac voluptatis accipit i die ac nocte a venere in gradū septime: ꝛ proijcit ab ascendēte. ¶ Pars nuptiarum accipitur in die ac nocte a saturno in venerem: ꝛ proijcitur ab ascendente. ¶ Pars meretricij ꝛ fornicationis mulierum est sicut pars coniugij ꝛ mulierum.

¶ De partibus octaue domus.

Octaua domus est pars mortis ꝛ accipit in die ac nocte a luna in gradū ꝛ minutū domus octaue: ꝛ additur desup ꝙ ambulauerit saturnus in signo suo ꝛ ꝓijcitur ab initio signi saturni. ¶ Pars planete q interficit accipit in die a dn̄o gradus ascēdētis in gradū lune: ꝛ in nocte ecōuerso ꝛ ꝓijcitur ab ascēdente. ¶ Pars anni i quo timet nato mors: ꝛ paupertas impedimentū ac destructio accipit in die ac nocte a saturno in gradum dn̄i domus cōiunctionis vel preuentiōis que fuit ante natiuitatem ꝛ proijcitur ab ascendēte. ¶ Pars ligationis ꝛ carceris: ꝛ vtrū liberetur ab eo vel non accipitur in die a saturno in partem fortune ꝛ in nocte econuerso. ꝛ proijcitur ab ascendente.

¶ De partibus none domus.

Nona domus ē pars pegrinatiōis accipit i die ac nocte a dn̄o dom⁹ none i gradū ꝛ minutū dom⁹ none: ꝛ ꝓijcit ab ascēdēte. ¶ Pars itineris p aquā accipit i die a saturno i. 15. gradū signi cancri ꝛ i nocte ecōuerso ꝛ ꝓijcit ab ascēdēte. Qd̄ si fuerit saturnus i. 15. gradu cancri erit gradus partis gradus ascēdētis. ¶ Pars religionis accipitur in die a luna in mercurium ꝛ in nocte econuerso: ꝛ proijcitur ab ascendente.

¶ De partibus decime domus.

Domus decima pars regiōis ꝛ regni: ꝛ qd operis faciat natus ꝛ accipitur in die ac nocte a saturno in lunā ꝛ proijcit ab ascēdente. ¶ Pars regis atq3 regni accipit i die a marte in lunā: ꝛ in nocte econuerso: ꝛ ꝓijcitur ab ascen. ꝛ est alia pars similis parti patrū. ¶ Pars principatuū ꝛ operis ꝛ regni ſm Vellium accipit in die ac nocte a sole in gradū medij celi: ꝛ proijcit ab ascen. ¶ Pars significās cām vtrū sit causa regū ꝛ regni aut nō accipit in die ac nocte a sole in gradu medij celi: ꝛ ꝓijcit a ioue. ¶ Pars matris accipit in die a venere in lunā: ꝛ in nocte ecōuerso: ꝛ proijcit ab ascēdente. ¶ Pars mortis matris accipit in die a venere i saturnū ꝛ in nocte ecōuerso ꝛ proijcit ab ascendente.

¶ De partibus vndecime domus.

Undecima domus est pars amicorū ꝛ accipit in die ac nocte a luna in mercuriū: et proijcit ab ascen. Et dixit alendezgod accipit in nocte econuerso. ¶ Pars significans effectum amicorum ꝛ amicitie accipitur in die a parte fortune in partem futurorum: ꝛ in nocte econuerso ꝛ proijcitur ab ascendente.

¶ De partibus duodecime domus.

Duodecima domus ē pars inimicorum ſm hermetē ꝛ accipit in die ac nocte a dn̄o domus inimicorū vsq3 in gradū ꝛ minutū domus inimicorū: ꝛ proijcit ab ascen. Et ſm quosdā antiquorum accipitur in die ꝛ in nocte a saturno in martē. ꝛ scd̄m alios accipit in die a parte fortune i partē futurorū ꝛ in nocte ecōuerso ꝛ proijcit ab ascēdēte ꝛ he sunt partes. 12. domorū ꝛc. ¶ Et preter has etiā sunt alie partes quibus vtuntur magistri iudiciorū astrorū multū. Ex qbus est pars q̄ significat mendaciū rumorū quando ceciderit in signū tortuosum vel mobile: aut dominus domus eius fuerit retrogradus vel impeditus: aut aspexerint eū mali vel ei sunt coniuncti. Et significat veritatem rumorum eorū si ceciderit cum fortunis aut in domibus seu terminis earum vel aspexe

rint eum aut fuerit in signo directo ascensionis ⁊ accipitur in die a mercurio in venerē: in nocte ecōuerso ⁊ proijcitur ab ascendente. Et ꝫm albumasar accipitur in die a mercurio in lunā ⁊ in nocte ecōuerso ⁊ proijcitur ab ascendente. ¶ Pars rationis ⁊ profunditatis sensus accipitur in die a saturno in lunā ⁊ in nocte ecōuerso ⁊ proijcit̄ ab ascendēte. ¶ Pars sapientie ⁊ discipline accipitur in die ac nocte a saturno in iouē ⁊ proijcitur ab ascendente. ¶ Pars guerre ⁊ preliorum accipitur in die ac nocte a saturno in lunaꝫ: ⁊ proijcit̄ ab ascendēte. ¶ Pars pacis ⁊ cōcordie exercituū accipit̄ i die ac nocte a luna in mercuriū ⁊ proijcitur ab ascendēte. ¶ Pars scientie accipitur in die a luna in iouem ⁊ in nocte ecōuerso ⁊ proijcitur ab ascendente. ¶ Pars aspiciendi in reuolutione anni accipitur in die a luna in venerem ⁊ in nocte ecōuerso ⁊ proijcitur a sole.

¶ De partibus reuolutionum in causis regnorum.

Et quia auxiliāte deo introduximus has partes q̄ cōueniunt in rebus particularibus prosequemur partes q̄ cōueniunt in reuolutiōe annorū mundi ⁊ cōiunctionū significantiū causas regni ⁊ stabilitatē seu durationē ei⁹. Ex qbus ē pars que dicit̄ pars regni seu iperij que exercetur in reuolutiōe annorū mūdi: accipiturqꝫ a marte in lunā et proijcit̄ ab ascendēte cōiunctionis q̄ significat mutationeꝫ regni. Sic quoqꝫ alio modo accipitur. s. a gradu ascendētis cōiunctionis in gradū cōiunctionis et proijcitur a gradu ascendētis reuolutionis. Itē fit alio modo accipitur a gradu medij celi reuolutionis vsqꝫ ad solē ⁊ proijcit̄ a ioue. i. a gradu iouis. ¶ Pars tēporis regis idest ꝙdiu debet durare: accipit̄ in die hora electiōis regis a sole in. 15. gradū signi leonis ⁊ ꝓijcitur a luna ⁊ in nocte accipit̄ a luna in. 15. gradū signi cancri ⁊ proijcit̄ a sole. Alia pars de tp̄e electiōis regis accipit̄ hora electionis regis in die a ioue in saturnū ⁊ in nocte econuerso ⁊ proijcitur ab ascendente reuolutionis anni in quo surrexerit rex ꝙ si fuerit iupiter in signo cōi ⁊ fuerit reuolutio diurna: fueritqꝫ iupiter cadēs ab angulis tunc accipit̄ a saturno in iouē: ⁊ adduntur desuper. 30. gradus ⁊ proijcit̄ ab ascendente reuolutionis anni in quo surrexerit rex. Si vero saturnus et iupiter fuerint sibi oppositi et fuerint ambo cadentes ab ascendente mediatur ꝙ exierit in eos idest accipiat̄ medietas graduū qui sunt inter eos: ⁊ proijcitur ab ascendente. Et si fuerit iupiter in exaltatione sua: et fuerit reuolutio in nocte numeratur ab eo in saturnum ⁊ proijcitur ab ascendente.

Due partes maxime sūt ex qbus extrahit̄ tempus electiōis regis ⁊ eius duratiōis. ¶ Prima earū est vt aspicias horā electionis regis qua ꝑuenit ꝓfectus anni a cōiunctione triplicitatis que significauit sectam ex numero quo datur omnibus. 30. gradibus annus et omnibus gradibus duobus cum dimidio mensis vnus: et cum sciueris in quo gradu vel signo sit hic serua eum: quia hic est locus a quo equabis primam partem: et cum volueris aptare eum aptabis ascendens reuolutionis anni in quo surrexit ipse electus: post hoc aspice a planeta orientali a sole ex saturno et ioue in ipso anno vsqꝫ ad gradum equationis partis prime q̄ꝫ seruasti et proijce ab ascendente reuolutionis anni et quo peruenerit numerus ipse est locus prime partis. ¶ Pars secunda sic inuenitur aspice in coniunctione in qua surrexerit rex vel inceperit regnum ad quod signū vel gradum peruenerit profectio anni ex numero quo datur omnibus. 30. gradibus vnus annus et duobus gradibus cum dimidio mensis vnus vsqꝫ ad diē quo surrexerit rex: et ipse erit locus eq̄tionis secunde partis: serua quoqꝫ eū: post hoc aspice a planeta occidentali a sole ex saturno et ioue vsqꝫ ad locum equationis partis secunde quam seruasti: et proijce eūꝫ ab ascendente reuolutionis: et quo peruenerit ipse erit locus partis secunde. He igitur sunt partes que significant fortitudinem regis et eius durationē.

Item sunt hic alie partes quibus vtimur in reuolutionibus annoꝝ mundi: ⁊ sci/tur per eas quid graue de rebus in foro: ⁊ quid erit leue in precio: quidue precio/sum seu vile: multum seu parum: hoc est vt aspicias vbi ceciderit pars idest in cuius pla/nete domo exaltatione termino vel triplicitate: qui planeta si fuerit retrogradus vel cō/bustus vel in malo loco aut cadens ab angulo vilescet illa res ⁊ erit parui precij. Si ve/ro fuerit in loco fortitudinis aut in angulo ⁊ maxime in medio celi grauabit illa res ⁊ erit magni precij: ⁊ si peruenerit dn̄s illius domus ad locum descēsionis sue vilescet illa res ⁊ aspice aspectus fortunarū ⁊ planetarū maloꝝ ad ea necnon ⁊ ad lunã ⁊ dn̄m eius: ⁊ vide quo modo ⁊ quis aspiciat ipsam partē qꝛ si fortuna ⁊ luna aspexerint illam par/tem multiplicabitur illa res: ⁊ si aspexerint eam mali detrimentū patietur. ¶ Pars di/spositionis anni a luna in mercurium. ¶ Pars pluuie sm̄ Albumasar accipitur in die a luna in venerem: et in nocte econuerso ⁊ proijcitur a gradu solis. ¶ Pars aque a lu/na in venerē. ¶ Pars ordei a luna in iouem. ¶ Pars ciceris qꝺ est quoddam genus le/guminis a venere in solem. ¶ Pars lentis a marte in saturnum. ¶ Pars fabarum a saturno in martem. ¶ Pars almusi: idest milij a saturno in martem. ¶ Pars ceparũ a saturno in martem. ¶ Pars tritici a sole in martem. ¶ Pars nucum a mercurio in martem. ¶ Pars zucari a mercurio in venerem. ¶ Pars dactiloꝛũ a sole in venerē. ¶ Pars mellis a luna in solem. ¶ Pars alroz: idest ris qꝺ est genus farris a ioue in sa/turnum. ¶ Pars oliuarũ a mercurio in lunam. ¶ Pars vuarum a saturno in vene/rem. ¶ Pars bombicis a mercurio in venerem. ¶ Pars alonicem: idest sisami quod/dam genus seminis albi in similitudine seminis lini: ⁊ vtuntur eo medici. fit autẽ ex eo vnguentum vtile a mercurio in iouem vel a saturno in venerem. ¶ Pars que sunt al bucefiex idest mellones qui sunt magni ⁊ crocei a mercurio in saturnum. ¶ Pars cibo/rum acrium a saturno in martem. ¶ Pars ciboꝛum dulcium a sole in venerē. ¶ Pars ciboꝛum saporis apij vel huiusmodi herbarum saporem habentium a marte in satur/num. ¶ Pars ciboꝛum amaroꝛum a mercurio in saturnum. ¶ Pars medicaminum acrium a saturno in iouem. ¶ Pars medicaminum aggregantium ⁊ purgantium a so/le in lunam. ¶ Pars medicaminum salsoꝛum a marte in lunam. ¶ Pars medicami/num venenatoꝛum a genzahar: idest a capite draconis in saturnum: ⁊ proijciantur vni/uersa hec ab ascendente reuolutionis anni. Hec sunt vniuersa que ceciderunt nobis ex partibus: introduximus quoqꝫ has partes nouissimas: ⁊ si fit in eis narratio debilis: ne dimitteremus aliquid qꝺ posset esse introductoꝛium ad magisterium iudicioꝛum astro/rum quin protulerimus illud.

¶ Tabula amicitie ⁊ inimicitie signoꝝ adinuicē

♓	♊	♉	♈	♋	♊	♉	♈	♏	♎	♍	♌	Amici ꝑfecti cum medijs signis
♏	♎	♍	♌	♓	♒	♑	♐	♓	♒	♑	♐	
♍	♌	♋	♊	♉	♈	♓	♒	♑	♐	♏	♎	Inimici ꝑfecti cũ medijs signis

¶ Explicit subtilissimum opus Isagogicum ad iudicia astroꝛum et magiste/ria cognoscenda stellarum serui dei glorioſi abdilazi qui dicitur Alcha/bitius de Arabico in latinum a Joanne hyspalensi interpretatum nuperimeqꝫ ab innumeris erroꝛibus absolutũ ab eximio doctoꝛe. Antonio de Fantis Taruisino

¶ Incipit tractatus notabilis Alchabitij de ꝯiunctiōibus planetarū i duodeciȝ signis et eaꝝ ꝓnosticis i reuolutiōib⁹ annoꝝ.

SI in quolibet anno q̄ res chare aut viles siue mediocres eē debeāt scire desideras. videto cū sol ꝑmū minutū arietis igredit̄: qō signū oriat̄ ⁊ ascēdat i horizōte i quo es: nā planeta tūc existēs i eo dicet̄ dn̄s ipsi⁹ āni: fiat igit̄ figura i q̄ ordinent̄ duodeciȝ dom⁹ sic: ⁊ in q̄ ordinent̄ signa duodeciȝ: ⁊ ordinēt̄ planete septē in singulis domib⁹ veluti erūt tūc in celo facta ꝟa ipsoꝝ eq̄tiōe: ⁊ tūc aspice ⁊ bene cōsidera ꝟtutes signoꝝ ⁊ stellaꝝ exn̄tiū in ipsis: ⁊ iudica in reb⁹ illi⁹ anni: vt onn̄dā ⁊ vt ꝑ solertiā tui ingenij poteris idagare: tūc eniȝ de vēturis in illo anno veꝝ poteris iudicare.

SI igit̄ Saturnus fuerit i ascēdēte in ꝑma domo vel signo aut i dcima. tūc oēs res q̄ graues sūt ⁊ nigre erūt valde chare i illo āno. vt Azur: ferrū: plūbū ⁊ filia: ⁊ pani nigri lanei: vt sūt vestes monachoꝝ ⁊ indicū. Qꝫ si fuerit i q̄rta vl' septima domo. chare vtiq꜃ erūt: sȝ nō multū. Si ꝟo fuerit i cadētib⁹. neq꜃ viles neq꜃ chare: sȝ mediocres erūt: ⁊ idē d ceteris planetis dicim⁹. signata quoꝝ vt breui⁹ dicā sūt h̄. Jupiter siḡt oleū: cottonē: mel ⁊ argētū. Mars aūt siḡt piper: scuta ⁊ oīa arma. Sol ꝟo siḡt auꝝ rude. i. nō laboratū. Uen⁹ aūt siḡt oēȝ adipem: vnguēta: spēs: ⁊ ligna alba atq꜃ odorifera: ⁊ margaritas ⁊ muliebria ornamēta. Mercurius siḡat grana minuta ⁊ opera de seta tam texta q̄ȝ non texta: et nuces et his similia. Luna vero significat incensum: lac: caseum ⁊ similia.

¶ De significatione coniunctionis planetarum in Ariete.

CUm aūt figurā feceris videris q̄ saturnū ⁊ iouē ꝯiūctos eē simul in ariete aut ꝓpe existes siḡabūt sectā nouā futurā. Sȝ si i eodē fuerit iupiter ven⁹ mercuri⁹ sol ⁊ luna aut tres ad min⁹ erit fertilitas: ⁊ erūt hoīes bōi: pluuia multa ⁊ grādo. Scriptores lucrū faciēt. Bestie vili ꝑcio hēbūt̄: ⁊ aq̄ dulces icremētū hēbūt. Sȝ si iupiter ⁊ luna fuerit i vno ⁊ eodē gradu eiusdē signi i oriēte. tūc siḡabit̄ q꜃ rex iustitiā faciet ⁊ rectū iudiciū: eritq꜃ magisteriū ei⁹ bonū. Si ꝟo saturn⁹ ⁊ mars/ vel mars ⁊ iupiter: vel mars et mercurius: vel mars ⁊ venus ibideȝ fuerint in oriēte fiet bellū: ⁊ multus sanguis arabū effūdetur in tēplis: ⁊ ipsi subuertent̄ ⁊ eoꝝ milites capient̄ et distrahentur.

¶ De significatione ꝯiunctionis planetarum in Tauro.

